NAZ.
le III
I

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
B
20
NAPOLI

XLIII
B
20

SANCTI
CAII PAPAE,
ET MARTYRIS
ACTA

A Cæſare Becillo Vrbinate Presbytero
Congregationis Oratorij de Vrbe
Notis explicata.



NAPOLI

ROMÆ;
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſt: MDCXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sanctiſs. & Beatiſs. Patri, & D.N.

VRBANO VIII.

PONTIFICI MAXIMO

Cæſar Becillus Preſbyter Congregationis Oratorij ſempiternam felicitatem.

CAIVM Sanctiſsimum Pontificem, pluribus, dum viueret, delituiſſe annis, ad perſecutionem Diocletiani Imperatoris declinandam, vetuſta Sanctorum monumenta docent: at non ſemper virum fortiſſimum latuiſſe, ſed è latebris erupiſſe opportunè ad martyrij certamen, atque triumphum, eadem nobis teſtimonium proferunt. Verùm collapſa, temporum iniuria, Eccleſia, quam ipſe in proprijs domibus ædificauerat, & poſt obitum, ipſius nomini dicata

fuerat, ex hominum ferè memoria excidiſſe, atque pluribus ſeculis iterum quodammodo latuiſſe videbatur. Dum verò tua pietate, Beatiſsime Pater, eadem Eccleſia honorificè reſtituitur, iterum & ipſe Sanctiſsimus Caius in publicum quaſi prodit ad ſucceſſorum Põtificum patrocinium, ad tui præcipuè cuſtodiam, atque ad totius Eccleſiæ Catholicæ tutelam. Ipſi igitur cum omnes, veluti rediuiuo, omni gratulationis, ac pietatis officio occurrere deceat, vel minimum quidpiam et ego laboris in eius honorem conferre conatus ſum. Quidquid igitur de tanto Pontifice reperi, cuius acta propria ab antiquioribus ſcripta non habentur, collegi ex Anaſtaſio Bibliothecario, ac Breuiario Romano (quæ veluti argumenta ſunt ſubſequẽtium) atque ex actis S. Sebaſtiani martyris, ac S. Suſannæ Virginis, in quibus huius Sancti Pontificis res geſtæ, & ipſa obrutæ latitabant. His addidi Epiſtolam Decretalem, quæ ipſius vnica extat. Hæc ſimul congeſsi, vt ex

his

his veluti ex præſtanti macerie hinc atque indè aſportata nobile rerum à Caio geſtarum conſurgat ædificium, eiuſdem, ac primorum artificum manibus elaboratum. His notas plurimas adieci, vt, quæ in prædictis ſunt obſcuriora, dilucidentur, ac veluti ex effoſſis, vilioris miniſtri labore, ruderibus, ædificij area complanetur, & ad ipſum conſpiciendum vndique facilis pateat acceſſus. Has igitur, Beatiſsime Pater, licèt exiguas in Caij honorem collatas operas ad Sanctitatis Tuæ pedes vnà mecum prouolutas, Tù memoriæ ipſius inſtaurator pijſſime VRBANA *illa tua benignitate ſuſcipere, ac plena ſubindè benedictione proſequi ne graueris, vt ad Caij memoriam celebrandam, atque ad tuam in ipſum pietatem prædicandam in orbis terræ theatrum prodeant alacriores.*

INDEX TITVLORVM.

Acta S. Caij Papæ, et Martyris.

Ex Anaſtaſio Bibliothecario pag. 1
Ex Martyrologio Romano 2
Ex Actis S.Sebaſtiani mar. apud Sur. 3
Ex Actis S. Suſannæ virg. & mart. apud Mombrit. & ex Manuſcript. Vallicell. 10
Epiſtola Decretalis vnica S. Caij 41

NOTÆ.

In Anaſtaſium Bibliothecarium 55
In Breuiarium Romanum 59
In Acta S.Sebaſtiani mar. 59
In Acta S.Suſannæ virg. & mart. 72
In Epiſtolam Decretalem S.Caij 89
Inuentio corporis S.Caij 94
Vexilla Sanctis Caio, Hieronymo, & Staniſlao oblata. 97
Faſti Sanctorum ſub Caio Papa 100

ACTA

ACTA S. CAII PP. ET MART.

Ex Anaſtaſio Bibliothecario.

CAIVS [1] Natione Dalmata [2], ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Caio [3] ſedit annos vndecim; menſes quatuor, dies nouem [4]. Fuit autem temporibus Cari [5], & Carini à die 14. Kal. Ianuarij à conſulatu Cari ſecundi, & Carini vſque in diem 10. Kalendarum Maiarum Diocletiano Quarto†, & Conſtantino Secundo. Hic conſtituit, vt omnes Ordines [6] in Eccleſia ſic aſcenderent. Si quis Epiſcopus fieri mereretur, vt eſſet Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, & exinde Epiſcopus ordinaretur. Hic regiones diuiſit Diaconibus [7]. Hic fugiens perſecu-

† Sexto.

tionem [8] Diocletiani in cryptis habitãdo, martyrio coronatur anno nono. Hic fecit ordinationes quatuor per mẽſem Decembrem, Presbyteros vigintiquinque, Diaconos octo, Epiſcopos per diuerſa loca numero quinque [9], qui poſt annum vndecimum cũ Gabinio fratre ſuo [10] propter filiam Gabinij presbyteri nomine Suſannã martyrio coronatur [11], qui etiã ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti [12], via Appia 10. Kal. Maij, & ceſſauit Epiſcopatus [13] dies vndecim.

Die 22. Aprilis.

Ex Breuiario Romano. [14]

CAius Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, conſtituit, vt his Ordinum, & honorum gradibus in Eccleſia ad Epiſcopatum aſcenderetur: Oſtiarij, Lectoris, Exorciſtę, Acolythi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Hic Diocletiani crudelitatem in Chriſtianos fugiens, aliquãdiu in ſpelunca delituit: verùm octo poſt

annis

annis vnà cum Gabinio Fratre martyrij coronam conſecutus eſt, cum ſediſſet annos duodecim, menſes quatuor, dies quinque, creatis menſe Decembri Presbyteris vigintiquinque, Diaconis octo, Epiſcopis quinque. Sepultus eſt in cæmeterio Calliſti 10. Kal. Maij.

Ex actis S. Sebaſtiani [15] mart.

ERat id temporis Papa Vrbis Romæ Caius nomine, vir magnæ prudentiæ, & eximiæ virtutis: Imperantibus autẽ Carino, & Diocletiano remiſſior fuit in Chriſtianos pſecutio [16], quòd Carinus haberet quoſdam in amicitia, quos huius cõfeſſionis titulus decorabat. *Caius qualis.*

Occiſo autem Carino ad Murgum [17] Maximo, & Aquilino Coſſ. tàm immanis exorta eſt perſecutio, vt nulli quidquam vel vendere, vel emere liceret, niſi paruis quibusdam ſtatuis eo in loco poſitis, vbi emendi gratia conuentum eſſet, thura in- *Status Eccleſiæ ſub Caio.* *Anno. D. 286.*

Perſecutio ſub Diocletiano. cenderet. Tùm etiam circa inſulas, vicos, & aquas poſiti erant compulſores, qui neque molendi, neque aquas hauriendi poteſtatem facerēt, niſi qui idòlis libaſſent.

Itaq; ex S. Caij Pontificis cōſilio Chromatius vir Illuſtriſsimus [18] Chriſtianos illos omnes (qui nuper crediderant) in domum ſuam recepit: cunctòſque ita fouit, vt nullus omninò ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verùm quia tantæ perſecutionis extitit vis, vt opinio Chriſtianæ Religionis ab eo ſuſceptæ cęlari iam non poſſet. *Chromatij villa Chriſtianorū latebra.* meruit ex Sacro reſcripto [19] Chromatius, vt medelæ gratia in Campano litore, vbi lati cæſpitis [20] erat dominus, demoraretur, fecìtque copiā Chriſtianis omnibus cum ipſo ire volentibus, & commigrandi ad perſecutionis rabiem declinandam. Tum verò exorta eſt pia contentio inter Sanctos Polycarpum, & Sebaſtianum, *Pia contētio Ss. Polycarpi, & Sebaſtiani* quis in Vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tàm multos ad ſe receperat Chriſtianos. Quibus ita altercantibus

tibus venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo coronam paſſionis appetitis: populum Domini ſolatio deſtituitis. Vnde mihi videtur, vt tu frater Polycarpe, qui & Sacerdotij rectum tramitem tenes, & ſciẽtiæ Dei repletus es donis, proficiſcaris ſimul ad confortandas recenter credentium mentes, & animos dubios confirmandos. Quibus ille auditis acquieuit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit.

De hoc S. Polycarpo agitur die 23. Febru.

Venit itaque dies Dominica, in qua Caius Papa agens quæ Dei ſunt, intra domũ Chromatij [21] omnibus aggregatis, cũctos hac voce alloquitur: Dominus noſter Ieſus Chriſtus præſcius fragilitatis humanæ, duos credentium in ſe gradus conſtituit, Confeſſionis.s. & Martyrij [22]: vt qui martyrij pondus ſe non poſſe ferre viderentur, confeſſionis gratiam teneant, & concedẽtes laudem bellaturis Chriſti militibus, & pro eius nomine pugnaturis, illorum ſolicitè curã gerant. Pergant itaq; qui volunt vnà cum filijs noſtris Chroma-

Confeſſionis, & Martyrij differẽtia.

tio, & Tiburtio: & mecum in hac Vrbe, qui voluerint remaneant. Non enim nos terrarum ſpatia diuidunt, quos Chriſti gratia nectit: neque abſentiam veſtram ſentiunt oculi noſtri, quia interioris hominis vos intuemur aſpectu.

Hæc et ſimilia dicente Papa Caio: exclamauit Tiburtius (filius hic erat Chromatij nuper cum patre factus Chriſtianus) voce magna dicens: Obſecro te Pater, & Epiſcoporum Epiſcope [21], ne me patiaris terga perſequentibus dare. Mihi enim valdè iucundum eſt, & optabile pro Deo vero millies, ſi poſſim, occidi, tantùm, vt illius vitæ dignitatem apprehẽdam, quam nullus mihi ſucceſſor eripiat, & cui nulla tempora finem imponant.

Pontifex Rom. Epiſc. Epiſcoporum.

Tunc S. Caius congaudens fidei eius, lacrymas fundebat; orabàtque, vt omnes, qui cum ipſo remanſiſſent, certaminis victores extarent, triumphum martyrij aſſequuti. Remanſerunt autem cum venerabili Papa Marcellianus, & Marcus, & pater

ter eorũ vir clariſsimus [24] Tranquillinus, itèmq; beatus Sebaſtianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, ſed mente pulchrior [25] S. Tiburtius. Tũ quoque Nicoſtratus Protoſcriniarius [26] cũ fratre ſuo Caſtorio, & coniuge Zoe, & Claudius etiam cum fratre ſuo Victorino, & filio Symphoriano, qui fuerat ab hydropiſis morbo liberatus. Hi ſoli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiſcentibus, in Vrbe cum Caio Pontifice remanſerunt: qui Marcum, & Marcellianum Diaconij honore ſantificauit: Trãquillinum verò patrem eorum fecit preſbyterum, & beatum Sebaſtianum, qui ad multorum profectum ſub ſpecie militię latebat, Eccleſiæ defenſorem conſtituit [27], ceteros verò Subdiaconos fecit [28]. *S. Sebaſtianus Eccleſiæ defenſor.*

Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram cõfugiendum † morabãtur omnes apud Caſtulum quemdam Zetarium [29] Palatij, qui altiſſimo loco eiuſdem palatij commanebat. † Confouendum.

Ea verò manſio idcirco idonea viſa eſt,

quòd & Caſtulus ipſe cum omnibus ſuis Chriſtianiſſimus eſſet : & lex de ſacrificijs lata, cum vbique ſuo feruore ſæuiret, in illis, qui palatio adhęrebãt minimè executioni dabatur. Morabantur ergo hi omnes cum S. Caio Papa apud Caſtulum : & diù, noctùque gemitibus, fletibus, ieiunijs, & orationibus occupati orabant Dominum, vt digni haberentur tolerantia confeſſionis eius, & in numerum Sanctorum Martyrum admitti mererentur. Aſcendebant autem ad eos occultè religioſi viri, & fœminæ, quippè qui à ſanctis diuerſas ſanitatum gratias impetrarent ; nam & cœcorum oculi illuminabãtur eorum precibus, & ſalus reddebatur ægrotis, & de obſeſſis corporibus dæmones pellebãtur.

Caij, & Sociorum, oratio.

Miracula.

Interea dum hæc ab eis agerentur, tranſiens Beatus Tiburtius, occurrit homini, qui de alto lapſus fuerat, & caput membraq; omnia ita quaſſauerat, vt parentes eius non niſi de ſepultura illius cogitarẽt: quibus ille flentibus dixit; Permitte me

Tiburtius ſanat ex alto apsũ & fractũ.

verbo

verbo vno illum alloqui, forſan recuperabit ſanitatem; Cùmque omnes dediſſent ſpatium, acceſſit iuxta eum, & dicta tractim oratione Dominica, & ſymbolo ſuper vulnera eius, adeò ſolidata ſunt oſsa eius; capùtque, & viſcera omnia, adeòq; factus eſt incolumis, quaſi nihil mali paſſus eſset. Hoc facto cæpit abire Tiburtius, tenebant autem eum parentes eius, dicentes, Veni, & habe eum ſeruum, & omnia bona tibi trademus cum eo; quandoquidem cum eſset nobis vnicus, tu eum nobis ex mortuo viuum reddidiſti: Quibus Beatus Tiburtius reſpondit: Si ea, quæ vobis dixero, feceritis, magni pendam mercedem ſanitatis huius. Dicunt ei illi, & nos ipſos, ſi ſeruos habere voles, contradicere non valebimus, immò verò optamus etiã, ſi dignum ipſe iudicaueris.

Oratione Dominica & Symbolo.

Tunc apprehenſa illorum manu, duxit eos ſeorſum à turba, & indicauit eis virtutem nominis Chriſti, vidénſque animos eorum firmos in timore Dei, perduxit

eos

ços ad Caium Pontificem dicens ei: Venerabilis Papa, ac diuinæ legis Antiſtes, ecce quos per me hodie Chriſtus lucratus eſt, in quibus fides mea, velut arbuſcula nouella primùm prorupit in fructum. Tunc S. Caius Papa baptizauit iuuenem cum parentibus eius gratias Deo referentem.

Acta S. Suſannæ [10] in quibus multa de Caio.

11. Auguſti. Gabinij patris S. Suſannæ doctrina.

TEmporibus Diocletiani, & Maximiani Auguſtorum fuit quidam preſbyter nomine Gabinius de Vrbe Roma, frater vterinus Caij Epiſcopi Vrbis Romæ, doctus in diuinis libris, amator tàm ſapientiæ, quàm mundanarum literarum. Hic frequenter tractabat cum Caio Germano ſuo, itaut libros tractationum faceret contra paganos. Et erat eruditus in omni mundanæ artis ſtudio, & literatum. Qui tamen & nobili ortus progenie famoſiſſimè cognoſcebatur, eo quod eſſet de genere

nere Diocletiani Auguſti, nam & Caius ita vulgabatur. Hic Gabinius presbyter, dum haberet filiam vnicam dulciſſimam, & pulcherrimã, quam nutrierat in eruditione literarum mundanæ artis, ſimiliter & diuinis libris imbuerat, facta eſt eius ingenij, cuius & pater ſuus.

Audiens hoc Diocletianus de puella, quia & pulchritudine, & ſapiẽtia eſſet formoſa, miſit ad Gabinium, & petit eam Auguſto Maximiano filio ſuo [tr] in coniugiũ & miſit ad Gabinium, quemdam, qui ex genere erat, conſobrinum ſuum, nomine Claudium ex affectu generoſitatis, vt omnia pacificè obtineret à Gabinio presbytero. Veniens autem † Claudius ad Gabiniũ ſic alloquitur, dicens. Niſi feſti dies occurriſſent in præceptis dominorum noſtrorũ Auguſtorum, vt me ad veſtram charitatẽ dirigerent, tamen vos non debuiſtis longè fieri à parentum ſuaui agnitione. Quid melius eligere, vel dignius, quàm vt generoſitas noſtræ coniunctionis reparetur per clari-

Diocletianus, quærit Suſannam tradere Maximiano Galerio vxorem.

Claudius Gabinij cõſobrinus ad eũ mittitur

† Igitur

claritatem dominorum noſtrorum Auguſtorum? Reſpondit Gabinius presbyter dicens; Nos† humiles vnde digni ſumus cognati dici maiorum? Reſpondit Claudius, dicens; frater; nunquid tu filius non es Maximini, cuius & Caius Epiſcopus noſter frater, famatiſſimi Senatoris & exconſulis patrui noſtri & conſobrini dominorum noſtrorum Auguſtorum? Reſpondit Gabinius, Ità eſt, tamen nos vltimi in annis temporum non ſumus digni hoc dici. Ad quem Claudius: Ad fructum nationis communis habito conſilio ſapienti hoc præcepit dominus noſter princeps Diocletianus Auguſtus, vt filia tua, quam cognouimus eruditam in omni ſapientia, in coniunctionem filio ſuo tradenda Maximiano Auguſto copuletur, quia iuſtum eſt, vt ex radice firma virgulta nata non ſeparentur, quod tamen à vobis optandũ ſemper ſperetur in gaudio. Reſpondit Gabinius presbyter. Inducias mihi date, vt animum puellæ obligem charitati, & data pa-

† Nos nec digni ſumus cognati dici maiorum.

ta pa-

ta pace ſalutationis receſſerunt.

Tunc abijt[†] Gabinius presbyter ad filiā ſuam nomine Suſannā, quam amplectens dixit ei. Deſidero te ad Sanctum patrem noſtrum Caium Epiſcopum duci, vt, quod in te contulit Spiritus ſanctus, non euacuetur. Eodem tempore rogauit, ad ſe Sanctū Caium Epiſcopum venire, & narrauit ei primò omnia, quæ geſta fuerant, & intrātes in domum, dixerunt puellæ cum lacrymis: Diocletianus Auguſtus direxit ad nos Claudium conſobrinum noſtrum, qui veniens ad nos te chariſſimam filiam ſuo filio Maximiano in coniugio petere declarauit? Reſpondit Suſanna ad patrem ſuum, & dixit; Vbi ſapientia tua excluſa eſt? [†] ſi non ſcires, me eſſe Chriſtianam; ſicut & vos Doctores[†], quare coinquinaſti os tuum, vel aures, audiendo pollutos ſermones, & ego coniungar crudeli pagano, quem vos ſecundùm fidem Domini non timuiſtis negare generoſitati veſtræ eſſe coniunctum? tamen gloria

Suſanna reſpuit nuptias.

† Venit.

† Quaſi nō

† Dicerem.

Deo

† Coniungere. Deo omnipotenti, qui me coniungi † dignatus eſt corporibus ſanctorum, & credo in Domino Ieſu Chriſto, quia per me hoc † Per hunc contemptũ contempto †, aſcendo ad palmam martyrij. Reſpondit Gabinius presbyter: ergo filia conſtans eſto in fide, quam tenes. *Monetur à Gabinio, & Caio ad perſeuerãdum.* Reſpondit Caius, & dixit, & nos mereamur fructum oblationis offerre Domino Ieſu Chriſto de conſtantia tua, quia ſcio, pietatem eius in omnes homines eſſe, & miſericordem Dominum Ieſum Chriſtum. Reſpondit Suſanna ad Caium Epiſcopum patruum ſuum, & ad patrem ſuũ Gabiniũ presbyterũ, & dixit: Domini mei, Ego ſcio, quia de ore tuo hoc sũ erudita, vt caſtitatem ſtuderẽ ſemper ſeruãdam, & pudicitiam Domino meo exhiberem, & in eius timore conſtituta, nunquã coinquinabor virili commiſſa ſtudio, ſed cui tu me ſemel tradidiſti, ipſi ſeruio, & in ipſum confido, quia ipſe nouit conſcientiã meam. Ad quam Caius Epiſcopus: ergò ſi iã ſemel tradita es Deo, cuſtodi præcepta eius

ta eius, quia ſic dignatus eſt nobis ſeruis ſuis per euangelicæ doctrinæ declarare veſtigium: Cum ſtabitis, inquit, ante Reges, & Præſides, nolite præmeditari, qualiter reſpondeatis, quia dabo vobis in illa hora, quid dicatis, quia non vos loquimini, ſed Spiritus Sanctus, qui loquitur pro vobis. Reſpondit Suſanna cum lacrymis, & dixit: Sic ſpero in Dominum Ieſum Chriſtum, quia orationibus veſtris templũ Dei efficiar, ſicut Apoſtolus Paulus nos commonet, dicens; Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos: Nemo uos ſeducat. Eisdem inuicem tractantibus ſubitò uenit ad eos Claudius poſt tres dies, & cum gaudio introiuit in domum Gabinij, & inuenit eos ſedẽtes, qui tamen cum magna multitudine, & obſequio cum ueniſſet, non introiuit cum aliquo de obſequio militantium, niſi ipſe ſolus, & in introitu eius fuit gaudium, & in pręſentia communi ſunt amplexati cum pace oſculantes ſe inuicem. Claudius autem clariſsimus dixit;

Matt. 10.

1. Cor. 3.

Claudius iteaum ad Gabinium

xit;

xit; Cognoſcit Sanctitas vestra pro qua cauſa venerim ad vos? Reſpondit Caius Epiſcopus, & dixit: Etſi aliæ cauſæ ſunt, tamen vel propter genealogiam communem, & propter genus noſtræ coniunctionis nos mereamur præſentari cognationi. Claudius dixit; Ergo modo cognoſcat Sãctitas veſtra, quia dominus noſter Diocletianus Auguſtus amicitiam veſtrã cognationis affectu deſiderat amplecti; vnde commoneo, & tamen rogo Sãctimoniam veſtram, vt faciatis voluntatem Domini Principis totius mundi, & animum eius gaudio repleatis. Reſpondit Gabinius presbyter, & dixit; Diuulga ſancto epiſcopo præceptionem Auguſti. Tum Claudius. Ego congaudio, & gloria diuulgabo. Dominus noſter clementiſſimus Auguſtus filiam veſtram neptem meam in cõiugio petit Auguſto, & Cæſari filio ſuo Maximiano, eo quòd multa bona de eius eruditióne cognouerit, nihil enim melius eſſe cognoſcimus, quàm vt generatio noſtra

Petit Suſannam Maximiano vxorẽ.

ſtra ad inſulas Imperij migrare feſtinet, & genus noſtrum augeatur ſublimitate præclara. Cui Gabinius presbyter: Nihil, ait, extraneum nobis obſtat, vel impedit, tamen quæramus ſimul animum puellæ. Tunc vocata eſt puella Suſanna in conſpectu Claudij, & Gabinij Presbyteri, & Caij Epiſcopi, vt nullus alius interiudicaretur eſſe cum eis. Tunc Claudius videns Suſannam, cum lacrymis amplecti eam voluit, & oſculari, quia charitate, & genere proximus iungebatur. Reſpondit Suſanna, & dixit ad Claudium: Noli contaminare os meum, quia Dominus meus Ieſus Chriſtus nouit, quia nunquam os ancillæ ſuæ tetigit vir. Reſpondit Claudius, & dixit: Ego quidem ſecundùm charitatis, & cognationis affectum volui oſculari te dominam neptem meam. Suſanna in conſpectu Gabinij patris ſui, & Caij Epiſcopi ſic dixit. Non tantum recuſo oſculum tuum, ſed recuſo, quia de ſacrificijs Idolorum pollutum eſt os tuum,

Perſecutio ſub Diocletiano.

cenderet. Tùm etiam circa inſulas, vicos, & aquas poſiti erant compulſores, qui neque molendi, neque aquas hauriendi poteſtatem facerēt, niſi qui idòlis libaſſent.

Itaq; ex S. Caij Pontificis cōſilio Chromatius vir Illuſtriſsimus [18] Chriſtianos illos omnes (qui nuper crediderant) in domum ſuam recepit: cunctòſque ita fouit, vt nullus omninò ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verùm quia tantæ perſecutionis extitit vis, vt opinio Chriſtianæ Religionis ab eo ſuſceptæ cęlari iam non poſſet. meruit ex Sacro reſcripto [19] Chromatius, vt medelæ gratia in Campano litore, vbi lati cæſpitis [20] erat dominus, demoraretur, fecìtque copiã Chriſtianis omnibus cum ipſo ire volentibus, & commigrandi ad perſecutionis rabiem declinandam. Tum verò exorta eſt pia contentio inter Sanctos Polycarpum, & Sebaſtianum, quis in Vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tàm multos ad ſe receperat Chriſtianos. Quibus ita altercantibus

Chromatij villa Chriſtianorũ latebra.

Pia contẽtio Ss. Polycarpi, & Sebaſtiani

tibus venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo coronam paſſionis appetitis: populum Domini ſolatio deſtituitis. Vnde mihi videtur, vt tu frater Polycarpe, qui & Sacerdotij rectum tramitem tenes, & ſciẽtiæ Dei repletus es donis, proficiſcaris ſimul ad confortandas recenter credentium mentes, & animos dubios confirmandos. Quibus ille auditis acquieuit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit. *De hoc S. Polycarpo agitur die 23. Febru.*

Venit itaque dies Dominica, in qua Caius Papa agens quæ Dei ſunt, intra domũ Chromatij [21] omnibus aggregatis, cũctos hac voce alloquitur: Dominus noſter Ieſus Chriſtus præſcius fragilitatis humanæ, duos credentium in ſe gradus conſtituit, Confeſſionis.s. & Martyrij [22]: vt qui martyrij pondus ſe non poſſe ferre viderentur, confeſſionis gratiam teneant, & concedẽtes laudem bellaturis Chriſti militibus, & pro eius nomine pugnaturis, illorum ſolicitè curã gerant. Pergant itaq; qui volunt vnà cum filijs noſtris Chroma- *Confeſſionis, & Martyrij differẽtia.*

tio, & Tiburtio: & mecum in hac Vrbe, qui voluerint remaneant. Non enim nos terrarum ſpatia diuidunt, quos Chriſti gratia nectit: neque abſentiam veſtram ſentiunt oculi noſtri, quia interioris hominis vos intuemur aſpectu.

Hæc et ſimilia dicente Papa Caio: exclamauit Tiburtius (filius hic erat Chromatij nuper cum patre factus Chriſtianus) voce magna dicens: Obſecro te Pater, & Epiſcoporum Epiſcope [23], ne me patiaris terga perſequentibus date. Mihi enim valdè iucundum eſt, & optabile pro Deo vero millies, ſi poſſim, occidi, tantùm, vt illius vitæ dignitatem apprehẽdam, quam nullus mihi ſucceſſor eripiat, & cui nulla tempora finem imponant.

Pontifex Rom. Epiſc. Epiſcoporum.

Tunc S. Caius congaudens fidei eius, lacrymas fundebat; orabàtque, vt omnes, qui cum ipſo remanſiſſent, certaminis victores extarent, triumphum martyrij aſſequuti. Remanſerunt autem cum venerabili Papa Marcellianus, & Marcus, & pater

ter eorũ vir clariſsimus [24] Tranquillinus, itẽmq; beatus Sebaſtianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, ſed mente pulchrior [25] S. Tiburtius. Tũ quoque Nicoſtratus Protoſcriniarius [26] cũ fratre ſuo Caſtorio, & coniuge Zoe, & Claudius etiam cum fratre ſuo Victorino, & filio Symphoriano, qui fuerat ab hydropiſis morbo liberatus. Hi ſoli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiſcentibus, in Vrbe cum Caio Pontifice remanſerunt: qui Marcum, & Marcellianum Diaconij honore ſantificauit: Trãquillinum verò patrem eorum fecit preſbyterum, & beatum Sebaſtianum, qui ad multorum profectum ſub ſpecie militię latebat, Eccleſiæ defenſorem conſtituit [27], ceteros verò Subdiaconos fecit [28]. *S. Sebaſtianus Eccleſiæ defenſor.*

Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram cõfugiendum † morabãtur omnes apud Caſtulum quemdam Zetarium [29] Palatij, qui altiſſimo loco eiuſdem palatij commanebat. *† Confouendum.*

Ea verò manſio idcirco idonea viſa eſt,

quòd & Caſtulus ipſe cum omnibus ſuis Chriſtianiſſimus eſſet : & lex de ſacrificijs lata, cum vbique ſuo feruore ſæuiret, in illis, qui palatio adhęrebāt minimè executioni dabatur. Morabantur ergo hi omnes cum S. Caio Papa apud Caſtulum: & diù, noctùque gemitibus, fletibus, ieiunijs, & orationibus occupati orabant Dominum, vt digni haberentur tolerantia confeſſionis eius, & in numerum Sanctorum Martyrum admitti mererentur. Aſcendebant autem ad eos occultè religioſi viri, & fæminæ, quippè qui à ſanctis diuerſas ſanitatum gratias impetrarent: nam & cœcorum oculi illuminabātur eorum precibus, & ſalus reddebatur ægrotis, & de obſeſſis corporibus dœmones pellebātur.

Caij, & Sociorum, oratio.

Miracula.

Interea dum hæc ab eis agerentur, tranſiens Beatus Tiburtius, occurrit homini, qui de alto lapſus fuerat, & caput membraq; omnia ita quaſſauerat, vt parentes eius non niſi de ſepultura illius cogitarēt: quibus ille flentibus dixit; Permitte me

Tiburtius ſanat ex alto lapſū & fractū.

verbo

verbo vno illum alloqui, forſan recuperabit ſanitatem; Cùmque omnes dediſſent ſpatium, acceſſit iuxta eum, & dicta tractim oratione Dominica, & ſymbolo ſuper vulnera eius, adeò ſolidata ſunt oſsa eius; capùtque, & viſcera omnia, adeòq; factus eſt incolumis, quaſi nihil mali paſſus eſset. Hoc facto cæpit abire Tiburtius, tenebant autem eum parentes eius, dicentes, Veni, & habe eum ſeruum, & omnia bona tibi trademus cum eo; quandoquidem cum eſset nobis vnicus, tu eum nobis ex mortuo viuum reddidiſti: Quibus Beatus Tiburtius reſpondit: Si ea, quæ vobis dixero, feceritis, magni pendam mercedem ſanitatis huius. Dicunt ei illi, & nos ipſos, ſi ſeruos habere voles, contradicere non valebimus, immò verò optamus etiã, ſi dignum ipſe iudicaueris.

Oratione Dominica & Symbolo.

Tunc apprehenſa illorum manu, duxit eos ſeorſum à turba, & indicauit eis virtutem nominis Chriſti, vidénſque animos eorum firmos in timore Dei, perduxit

eos

ſos ad Caium Pontificem dicens ei: Venerabilis Papa, ac diuinæ legis Antiſtes, ecce quos per me hodie Chriſtus lucratus eſt, in quibus fides mea, velut arbuſcula nouella primùm prorupit in fructum. Tunc S. Caius Papa baptizauit iuuenem cum parentibus eius gratias Deo referentem.

Acta S. Suſannæ [10] in quibus multa de Caio.

11. Auguſti. Gabinij patris S. Suſannæ doctrina.

TEmporibus Diocletiani, & Maximiani Auguſtorum fuit quidam preſbyter nomine Gabinius de Vrbe Roma, frater vterinus Caij Epiſcopi Vrbis Romæ, doctus in diuinis libris, amator tàm ſapientiæ, quàm mundanarum literarum. Hic frequenter tractabat cum Caio Germano ſuo, itaut libros tractationum faceret contra paganos. Et erat eruditus in omni mundanæ artis ſtudio, & literarum. Qui tamen & nobili ortus progenie famoſiſſimè cognoſcebatur, eo quod eſſet de genere

nere Diocletiani Auguſti, nam & Caius ita vulgabatur. Hic Gabinius presbyter, dum haberet filiam vnicam dulciſſimam, & pulcherrimã, quam nutrierat in eruditione literarum mundanæ artis, ſimiliter & diuinis libris imbuerat, facta eſt eius ingenij, cuius & pater ſuus.

Audiens hoc Diocletianus de puella, quia & pulchritudine, & ſapiẽtia eſſet formoſa, miſit ad Gabinium, & petit eam Auguſto Maximiano filio ſuo [tr] in coniugiũ & miſit ad Gabinium, quemdam, qui ex genere erat, conſobrinum ſuum, nomine Claudium ex affectu generoſitatis, vt omnia pacificè obtineret à Gabinio presbytero. Veniens autem † Claudius ad Gabiniũ ſic alloquitur, dicens. Niſi feſti dies occurriſſent in præceptis dominorum noſtrorũ Auguſtorum, vt me ad veſtram charitatẽ dirigerent, tamen vos non debuiſtis longè fieri à parentum ſuaui agnitione. Quid melius eligere, vel dignius, quàm vt generoſitas noſtræ coniunctionis reparetur per clari-

Diocletianus, quærit Suſannam tradere Maximiano Galerio vxorem.

Claudius Gabinij cõſobrinus ad eũ mittitur

† Igitur

claritatem dominorum noſtrorum Augu-ſtorum? Reſpondit Gabinius presbyter dicens; Nos† humiles vnde digni ſumus cognati dici maiorum? Reſpondit Claudius, dicens S frater; nunquid tu filius non es Maximini, cuius & Caius Epiſcopus noſter frater, famatiſſimi Senatoris & exconſulis patrui noſtri & conſobrini dominorum noſtrorum Auguſtorum? Reſpondit Gabinius, Ità eſt, tamen nos vltimi in annis temporum non ſumus digni hoc dici. Ad quem Claudius: Ad fructum nationis communis habito conſilio ſapienti hoc præcepit dominus noſter princips Diocletianus Auguſtus, vt filia tua, quam cognouimus eruditam in omni ſapientia, in coniunctionem filio ſuo tradenda Maximiano Auguſto copuletur, quia iuſtum eſt, vt ex radice firma virgulta nata non ſeparentur, quod tamen à vobis optandũ ſemper ſperetur in gaudio. Reſpondit Gabinius presbyter. Inducias mihi date, vt animum puellæ obligem charitati, & da-

† Nos nec digni ſumus cognati dici maiorum.

ta pace ſalutationis receſſerunt.

Tunc abijt † Gabinius presbyter ad filiā ſuam nomine Suſannā, quam amplectens dixit ei. Deſidero te ad Sanctum patrem noſtrum Caium Epiſcopum duci, vt, quod in te contulit Spiritus ſanctus, non euacuetur. Eodem tempore rogauit, ad ſe Sanctū Caium Epiſcopum venire, & narrauit ei primò omnia, quæ geſta fuerant, & intrātes in domum, dixerunt puellæ cum lacrymis: Diocletianus Auguſtus direxit ad nos Claudium conſobrinum noſtrum, qui veniens ad nos te chariſſimam filiam ſuo filio Maximiano in coniugio petere declarauit? Reſpondit Suſanna ad patrem ſuum, & dixit; Vbi ſapientia tua excluſa eſt? † ſi non ſcires, me eſse Chriſtianam, ſicut & vos Doctores †, quare coinquinaſti os tuum, vel aures, audiendo pollutos ſermones, & ego coniungar crudeli pagano, quem vos ſecundùm fidem Domini non timuiſtis negare generoſitati veſtræ eſſe coniunctum? tamen gloria

† Venit

Suſanna reſpuit nuptias.

† Quaſi nō

† Dicerem.

† *Coniun-gere.* Deo omnipotenti, qui me coniungi† dignatus eſt corporibus ſanctorum, & credo in Domino Ieſu Chriſto, quia per me hoc † *Per hunc contemptũ* contempto†, aſcendo ad palmam martyrij. Reſpondit Gabinius presbyter: ergo filia conſtans eſto in fide, quam tenes. *Monetur à Gabinio, & Caio ad perſeuerãdum.* Reſpondit Caius, & dixit, & nos mereamur fructum oblationis offerre Domino Ieſu Chriſto de conſtantia tua†, quia ſcio, pietatem eius in omnes homines eſſe, & miſericordem Dominum Ieſum Chriſtum. Reſpondit Suſanna ad Caium Epiſcopum patruum ſuum, & ad patrem ſuũ Gabiniũ presbyterũ, & dixit: Domini mei, Ego ſcio, quia de ore tuo hoc ſũ erudita, vt caſtitatem ſtuderẽ ſemper ſeruãdam, & pudicitiam Domino meo exhiberem, & in eius timore conſtituta, nunquã coinquinabor virili commiſſa ſtudio, ſed cui tu me ſemel tradidiſti, ipſi ſeruio, & in ipſum confido, quia ipſe nouit conſcientiã meam. Ad quam Caius Epiſcopus: ergò ſi iã ſemel tradita es Deo, cuſtodi præcepta eius

ta eius, quia ſic dignatus eſt nobis ſeruis
ſuis per euangelicæ doctrinæ declarare *Matt. 10.*
veſtigium ; Cum ſtabitis, inquit, ante Re-
ges, & Præſides, nolite præmeditari, quali-
ter reſpondeatis, quia dabo vobis in illa
hora, quid dicatis, quia non vos loquimi-
ni, ſed Spiritus Sanctus, qui loquitur pro
vobis. Reſpondit Suſanna cum lacrymis,
& dixit: Sic ſpero in Dominum Ieſum
Chriſtum, quia orationibus veſtris templũ
Dei efficiar, ſicut Apoſtolus Paulus nos
commonet, dicens; Templum enim Dei *1.Cor.3.*
ſanctum eſt, quod eſtis vos: Nemo uos ſe-
ducat. Eiſdem inuicem tractantibus ſu-
bitò uenit ad eos Claudius poſt tres dies, &
cum gaudio introiuit in domum Gabinij,
& inuenit eos ſedẽtes, qui tamen cum ma-
gna multitudine, & obſequio cum ueniſ-
ſet, non introiuit cum aliquo de obſequio
militantium, niſi ipſe ſolus, & in introitu *Claudius iterum ad Gabinium*
eius fuit gaudium, & in præſentia commu-
ni ſunt amplexati cum pace oſculantes ſe
inuicem. Claudius autem clariſsimus di-

xit;

ſtra ad inſulas Imperij migrare feſtinet, & genus noſtrum augeatur ſublimitate præclara. Cui Gabinius presbyter: Nihil, ait, extraneum nobis obſtat, vel impedit, tamen quæramus ſimul animum puellæ. Tunc vocata eſt puella Suſanna in conſpectu Claudij, & Gabinij Presbyteri, & Caij Epiſcopi; vt nullus alius interiudicaretur eſſe cum eis. Tunc Claudius videns Suſannam, cum lacrymis amplecti eam voluit, & oſculari, quia charitate, & genere proximus iungebatur. Reſpondit Suſanna, & dixit ad Claudium: Noli contaminare os meum, quia Dominus meus Ieſus Chriſtus nouit, quia nunquam os ancillæ ſuæ tetigit vir. Reſpondit Claudius, & dixit: Ego quidem ſecundùm charitatis, & cognationis affectum volui oſculari te dominam neptem meam. Suſanna in conſpectu Gabinij patris ſui, & Caij Epiſcopi ſic dixit. Non tantum recuſo oſculum tuum, ſed recuſo, quia de ſacrificijs Idolorum pollutum eſt os tuum,

Claudius dixit: Et quid faciam, vt purifi-
cetur os meum ab immunditia iſta? Dicit
ei Suſanna: Hoc faciendum tibi eſt, vt pœ-
nitentiam agas, & baptizeris in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Clau-
dius dixit ad Caium Epiſcopum: Ergo pu-
† Melior. rifica me, ſi melius † eſt homo mundus,
qui credit in Chriſtum, quã in Deos, quos
colui, & quibus ſacrificia obtuli, quibus
& principes noſtri humiliãtur. Caius Epiſ-
copus reſpondit, & dixit ad Claudium:
Frater Claudi, audi me: Bonum eſt quod
te admoneo. Hoc autem quod agere ve-
niſti, Dominus te redimere vult per puel-
læ petitionem, vt ſaluum ſit genus no-
ſtrum, quia ipſe dignatus eſt in Euangelio
dicere: Venite ad me omnes qui laboratis,
Matt. 11. & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Nul-
lum autem peccatorum tàm peſſimum eſt,
quàm vt idolis coinquinetur homo, quem
Dominus Deus fecit, pro quo dignatus eſt
ad terras deſcendere, & naſci per Virgi-
nem, & humiliari, & mori propter homi-

nem,

nem, quē reſurgendo ipſe dominus de inferno releuare dignatus eſt, vt qui tenebatur vinculis peccatorum idolis ſeruiendo, erecti vſque ad Cælorum terminum perduceretur. Claudius autem omnia cum gaudio ſuſcipiens dixit ad Caium Epiſcopum: Vir reuerende †. Omnia faciam, quod vos prædicatis, tantùm vt petitiò Diocletiani Auguſti non tardetur. Caius Epiſcopus dixit: Tu frater prius fac petitionem noſtram, & omnia concedentur tibi bona precanti. Claudius dixit: Declarate mihi omnia, quæ cuſtodire debeam, & facio præcepta veſtra, tamen quid agendum ſit Auguſto Diocletiano hoc me inſtituite continuò, & relationem meam qualiter illi exponam. Caius Epiſcopus dixit: Tu frater vtere conſilio meo, & eſto fidelis Deo, & age pœnitentiam de ſanguine Sanctorum, quem effudiſti: Et baptiſmum percipe, & omnia miniſtrabuntur tibi, quia Dominus noſter dignatus eſt ſic admonere, dicens: Cum ſtabitis ante

† *Reuerentiſſime.*

Claudius inſtruitur à Caio.

Matt. 10. Luc. 21.

Reges, & Præſides ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poſſint reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Claudius dixit: & dum baptiſmum percepero, delebuntur omnia facinora cordis mei? Reſpōdit Caius Epiſcopus, & dixit: omnia lauabuntur facinora, tu tamen fideliter crede. Eadem verò hora mittens ſe Suſanna ad pedes Caij Epiſcopi dixit ei: Domine per Chriſtum te coniuro, ne tardes eum baptizare, ſed redime eum. Dixit Caius Epiſcopus: Inquiſitionem [13] quæramus, ſi ex toto corde credere feſtinat. Claudius dixit. Ego in veſtra pollicitatione credo, ſi omnia mihi laxantur delicta, Reſpondit Caius. In nomine Ieſu Chriſti, & Dei omnipotentis omnia relaxantur tibi peccata. Eodem die proiecit ſe in terram [14] ante pedes Caij, & iactans ſe, & aſpergens puluerem terræ in caput ſuum ſic aiebat, dicens: Domine Deus, lumen æternum ignoſce mihi, quæ Sanctis tuis geſſi, quia neſcius feci propter idola, quibus ſacrificia obtuli miſer, inanis,

Pœnitet, et orat.

nis, & vacuus, reple me gratia tua, vt ſciant omnes filij mei, vel vxor mea, quia tu ſaluas omnes ſperantes in te. Tunc fecit eum Caius cathecumenum, & dedit ei medicinam [35], & dimiſit eum. Claudius autem veniens domum ſuam narrauit omnia vxori ſuæ, quomodo per petitionem puellæ neptis ſuæ ad gratiam Domini acceſſiſſet. Tunc vxor eius, Præpedigna nomine, hoc cum audiſſet ſtupefacta eſt, & dixit ad virum ſuum Claudium: Quis dedit tibi iſta monita? Reſpondit Claudius: Caius Epiſcopus frater meus, & Gabinius Presbyter, & puella Suſanna virgo præcipua in omnibus. Eadem hora Præpedigna aſcendit caueam Baſternæ [36], & venit ad domū Gabinij Presbyteri, & introiuit ſola ad Caium Epiſcopum. Videns eam Caius Epiſcopus gratias egit Deo, quæ cum veniſſet, miſit ſe ad pedes Beati Caij Epiſcopi, & tenuit eos, & oſculabatur cum lacrymis, dicens: Salua famulum tuum, & me, & filios meos. Audiens hoc Suſanna exit de *Præpedigna vxor Claudij pergit ad Caium.*

cubiculo, & amplectitur Præpedignam cum gaudio. Subſecutus nocte ipſe Claudius cum duobus filijs venit ad domum Gabinij Presbyteri, & miſit ſe ad pedes eius dicens: Per Dominum Ieſum Chriſtum te coniuro, ne tardes me, vnà cum vxore, & filijs meis baptizare. Tunc Caius Epiſcopus fecit vxorem eius ſecundùm conſuetudinem, & filios eius Alexandrum, & Cuthiam cathecumenos, deditq; eis medicinam ſapientiæ, eadem verò hora catechizauit eos, & afferens aquam [17] benedixit ſecundùm timorem Domini, & baptizauit Claudium, cui ita dicebat: Credis in Deum patrem omnipotentem ex toto corde? Et reſpondens Claudius ſtans [18] nudus ſuper peluim ligneam: Credo. Et iterum dixit ei: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicũ Dominum noſtrum? Et reſpondit: Credo. Qui natus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine? Et reſpondit Claudius: Credo. Tunc dixit Caius: Et ego famulus Dei, & ſacerdos baptizo te in aqua in remiſſionẽ

Caius inſtruit Præpedignam & filios eius. Benedicit aquam.

Baptizat Claudium & alios. Act 2.38.

pecca-

peccatorum, & carnis reſurrectionem. Et eleuatus de pelui cœpit dicere Claudius: Vidi lumen ſplendidius Sole illuminans me, vnde integrè credo in Dominum Dei filiũ Ieſum Chriſtum dominum. Eadem hora Beatus Caius Epiſcopus liniuit eum Chriſmate, & baptizauit Vxorem eius Prępedignam, & filios eius Alexandrum, & Cuthiam, quos tamen Gabinius Presbyter de baptiſmo ſuſcepit. Tunc obtulit pro eis ſacrificium in eadem domo, & conſecrauit corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, hoc eſt lactis [39], & † mellis fontem, & participauit cum omnibus myſterium Domini. Ab eadem die cœpit Claudius omnes facultates ſuas vendere, & pauperibus Chriſtianis erogare, & quærens loca abdita, & ſecreta vbi Chriſtiani habitarẽt, ambulanſq; pecunias, & veſtimenta diſtribuebat, vel in cuſtodijs quoſcunq; ille obligari præceperat, ipſe per ſe ad eos cũ victu, & veſtimentis ambulãs relaxabat omnes, mittẽs ſe ad pedes ſingulorũ, qui in cuſto-

† Et lac, & mel, & fontem, Ms. Sur. Vallic.

Claudius erogat facultates in pauperes.

 dia

dia tenebantur, pœnitentiam agens, & prout habebat, omnia illis miniſtrabat quotidie cum gaudio nocturnis temporibus. Poſt menſem vnum, & dies ſexdecim requiritur Claudius à Diocletiano Imperatore, dùm autem eum perquireret propter puellam nomine Suſannam, dictum eſt ei, quod ægritudinis morbo teneretur, & miſit ad eum fratrem ſuum nomine Maximum comitem rei priuatæ, vt viſitaret eum, & loqueretur ei de Suſanna nepte ſua. Et cum veniſſet Maximus ad Claudium fratrem ſuum inuenit eum in cilicio orantem, & ſubitò Maximum tremor apprehendit, & dixit ad Claudium: Frater dilectiſſime, & nimium amator meus, qui me à cunabulis educare dignatus es, ex qua cauſſa ſic tenuis effectus es? Reſpondit Claudius: ſi conſiderares frater audire, enarratem tibi ex qua cauſa adhuc febricito. Tunc amplectitur eum Maximus, & dicit ei: Enarra mihi Domine triſtitiam corporis tui. Dicit ei Claudius: Ago pœnitentiam

Maximus Claudium fratrē perquirit.

Reperit pœnitentiam agentem.

tiam "; quia audiui præceptum principis, & effudi ſanguinem innocentem, tamen ignorans feci; quia Sanctorum Chriſtianorum effudi ſanguinem; & eos cruciaui. Dicit ei Maximus: Dominus meus Diocletianus princeps ad hoc te direxit, vt filiam Gabinij fratris noſtri in coniugio copulandam filio ſuo Maximiano Cęſari Auguſto tradēdam cum gaudio peteres, quia & tanta ei gratia data eſt, vt genus noſtrū augeatur ſublimitate; & non ſeparetur à cognatione communi, & tu mihi talia inferis in animo? Reſpondit Claudius: Et ego petiui chariſſimam dominam neptem meam, de qua mihi præceperat Diocletianus Auguſtus, ſed inueni eam ſanctam, & prudentiæ ſuauis, & pulchritudinis clariſſimam, & Deo æterno dicatam per quā redemptus ſum à peccatis meis; tamen vt ſcias, Deum Omnipotentem poſſe omnes homines ſaluare; eamus domum fratris noſtri, & patris Gabinij Presbyteri vna nocte, & videbis lumen æternum. Maximus

Ducitur à Claudio ad Gabinium. mus dixit: Quidquid iuſſeris, faciam. Eadem nocte venerunt ad arcus portæ Salariæ iuxta palatium Saluſtij, vbi manebat Gabinius Presbyter; & nuntiatum eſt Gabinio Presbytero, quòd Claudius, & Maximus germani præ foribus ſtantes vos ſalutare deſiderant. Tunc Gabinius Presbyter exiens occurrit illis, & introduxit eos in domum ſuam, & dùm introiſſent dedit orationem Gabinius Presbyter, dicens; *Orant* Oremus. Et dum proſtrati iacerẽt in terra in pauimento dixit Gabinius Presbyter: Domine Deus, qui diſperſa congregas, & congregata reſpicis, reſpice in opera manuum tuarum, & illumina omnes in te credentes, quia tu es lumen verum in ſecula ſeculorum. Et reſponderũt omnes; Amen. Et erigentes ſe de pauimento amplectentes oſculati ſunt inuicem. Eadem hora Claudius oſculari cœpit pedes Gabinij Presbyteri cum gaudio. Videns hoc Maximus mirari cœpit, & rogãs cœpit dicere, vt præſentaretur ei Suſanna. Ingreſ- *Aduocatur Suſanna.*

ſus

ſus Gabinius cubiculum vocauit eam. Suſanna verò exiens de cubiculo adorans Dominum, dixit patri ſuo: Da nobis benedictionem. Et in eius iterum aduentu orauit Gabinius Presbyter, dicens: Pax nobis donetur à Domino Ieſu Chriſto, qui viuit, & regnat cum Deo patre omnipotente in ſecula ſeculorum. Et reſponderut omnes: Amen. Tunc admirans Maximus Suſannæ conſtantiam, humilitatem, & verecundiam, tenens manus Suſannę oſculatus eſt manus eius, illa autem contemnebat hoc fieri, & dum diu præ gaudio flerent, nuntiatum eſt Caio Epiſcopo; quia iuxta habitaculum Eccleſiæ ſuæ, quam ipſe fecerat iuxta palatium Salustij erat†, eo quod ibi manerent, & cito venit ad Gabinium Presbyterum, ſperans quòd ad palmam martyrij vetum fuiſſet, & ideò concitus venit, cum tanta verò ambitione ingreſſus eſt, vt in ingreſſu eius omnes caderent in pauimento, quibus dixit beatus Caius: Animo conſtantes

Orant iterum.

† erant.

Caius pergit ad Gabinium.

eſtote

eſtote in nomine Domini. Eadem hora dedit orationem dicẽs: Oremus. Domine Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui omnibus ad ſalutem, & vitã eternam miſiſti dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt nos erueres à tenebris mundi, da nobis ſeruis tuis conſtantiam fidei, quia tu regnas in ſecula ſeculorum. Et reſponderunt omnes vno animo: Amen. Et ſedentes audiebãt verba à B. Caio Epiſcopo. Suſanna verò nunquam voluit cum eis ſedere, ſed ſtans orabat. Tunc Caius Epiſcopus dixit: Gratias ago Deo meo frater Maxime, quia dignatus es nos viſitare. Reſpondit Maximus, & dixit: Ego non ſum meritus venire ad vos, tamen oſculabor pedes veſtros: ex qua cauſa venerim melius noſti. Dicit ei Caius Epiſcopus: Enarra nobis. Reſpondit Maximus dicens: Diocletianus Auguſtus parens noſter direxit me ad Claudium germanum meum, quia audiuit eum ægritudine teneri, quem tamen direxerat ad peten-

orant.

Alloquitur Maximum.

petendam filiam Sancti Gabinij Presbyteri in conſortio filio ſuo adoptiuo Maximiano Cæſari, ideò & ego auſus fui venire ad vos. Ecce ex qua cauſa directus ſum. Dixit autem Caius Epiſcopus: Puella hæc iam Chriſtum accepit coniugem à Deo Patre Omnipotente: hæc ſcito. Reſpondit Maximus, & dixit: Quidquid à Deo eſt, ſempiternum eſt. Caius Epiſcopus dixit: Ergo accipe, & tu ſempiternam vitam: Et dixit ei Maximus; Et quæ eſt ſempiterna vita? Reſpondit Claudius. Sicut & ego cognoui. Reſpondit Maximus: Verè quod tu cognouiſti, & ego deſidero, tamen non debuit elongari natio noſtra à ſublimitate Auguſtorum. Dicit ei Caius Epiſcopus: Nos te commonemus, vt credas Dominum Ieſum Chriſtum Deum, Dei filium ſempiternum, quia ſublimitas hæc, quam videmus temporalis eſſe cognoſcitur; illa autem, quam nos prædicamus, ſempiterna, & innoxia detinetur à malis. Hoc audiens Maximus,

Monet Maximum.

cum gaudio ſuſcepit. Dicit ei Caius Epiſcopus: Noſti frater omnia, quæ dereliquimus, quę vobis dimiſimus, quanta vobis commiſimus, & nihil ſperauimus, quam Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem viuimus, & gloriamur. Reſpondit Maximus, & dixit: Ne tardes mi domine, ſed quod cognoſcis expedire in me, ſicut in vobis, facite celeriùs. Tunc indixit Maximo ieiunium, & præcepit vt ambularet ad domum ſuam. Veniens autem ad domum ſuam Maximus nihil alicui confeſſus eſt. Sed tantùm detinebatur amore fraternitatis, qui tantùm cupiditate amoris Caij Epiſcopi, & Gabinij Presbyteri detinebatur, vt morte poſtpoſita Dominum confiteretur. Quod tamen cum ipſis, diebus illis, habuit conſilium, & intra quinque dies cœpit venundare facultatem ſuam, & pauperibus Chriſtianis diſtribuere. Poſt quintum diem veniens Maximus miſit ſe ad pedes Caij Epiſcopi, dicens: Adiuro te Domine meus per

Maximus conuertitur.

Indicitur ei ieiunium.

Erogat facultates.

ipſum

ipſum, per quem illuminaſti fratrem noſtrum Claudium, ne me tardes illuminare, quia ſenſi compunctionem in corde meo Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem tu prædicas à die, quo mihi dignatus es ſermonem ædificationis donare. Dicit ei Caius Epiſcopus: Ergo inclina cor tuum in inuocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Reſpondit Maximus, & dixit: Ego miſer, & infelix oro ſanctimoniam veſtram, vt ſaluetis animam meam, & eruatis me de profundo idolorum, & tenebrarum, & ad veram lucem perducere dignemini. Cui Caius Epiſcopus dixit: Audi me frater; ſi ex toto corde credis, & abrenuntias pompis, & angelis Sathanæ? Reſpondit Maximus: Ego ſemel abrenuntiaui, quia veſtro exemplo viuere volo. Tunc cathechizauit eum Gabinius Presbyter, & omnia Sacramẽta manifeſtauit ei. Et Sanctus Caius fecit ſecũdum conſuetudinem, &, vt moris eſt, baptizauit eum, & leuato de pelui liniuit Chriſmatis Sacramento;

Baptizatur à Caio.

obtu-

obtulitq; pro eo oblationem Domino, & participati ſunt omnes, & cœperunt omnes ab eo die ſimul habitare cum gaudio, & hymnis. Maximus autem omni nocte vendebat facultatem ſuam per quendam amicum ſuum Traſonem [41] Chriſtianiſſimum togatum, qui occultè aſſidebat in publico, habens in corde ſuo reuerentiam in religione Chriſtiana; quem ante multos annos Caius Epiſcopus baptizauerat, qui magis geſta Martyrum Sanctorum colligens ornabat [†], & omnia nocturnis temporibus pauperibus Chriſtianis erogabat, circumiens per vicos, & carceres, & cuſtodias. Eodem tempore poſt dies quindecim diuulgata eſt fama Maximi à quodam pagano adiutore [44] comitis rei priuatæ, nomine Arſitio, Diocletiano quaſi ad gloriam dicente: Sacratiſs. Princeps, & ſemper Auguſte, magna fama declaratur de famulo veſtro Comite rei priuatæ, eo quod ſubueniat multis egentibus per alimoniam; nam multi eius humanitatem fama

† ordinabat

Arſitius manifeſtat Diocletiano conuerſionem Maximi,

fama declarant facientem. Diocletianus Auguſtus dixit ad Arſitium: Perquire mihi vnde hic pecuniæ auxilium habere cognoſcitur. Reſpondit Arſitius, & dixit: ſacratiſſime ſemper Auguſte victor, ſi licet loqui, ſuggero. Diocletianus dixit: loquere fiducialiter. Arſitius dixit: facultates ſuas tranſigendo venundat, & ex inde facere hoc videtur, nam & Chriſtianus eſſe cognoſcitur factus à Caio, & Gabinio presbytero. Hoc audiens Diocletianus Auguſtus ſecretum habuit in ſemetipſo, & retulit Serenæ vxori ſuæ, eo quod filiam Gabinij poſtulaſſet Maximiano in vxorem. Serena hoc audito magis conſortata eſt, & dedit gloriam Deo, quia & ipſa occultè Chriſtiana erat. Reſpondit Serena, quod tibi imperatum fuerit à ſuperna maieſtate, fac. Tunc Diocletianus Auguſtus contempſit vxorem ſuam, & vocauit ad ſe quendam Iulium paganum crudelem, & habito cum eo conſilio, dixit ei. Miſi chariſſimos meos ad quẽdam petere

vxorem filio meo, illi autem contemnentes præcepta mea, qui fuerunt mei, immo magis Chriſtiani effecti ſunt. reſpondit Iulius, & dixit: Omnes cõtemptores principum (etſi iniuſta præcipiant) puniantur: pietate autem veſtra, & prouidentia, &, quod iuſtum eſt imperatum, erat faciendum, quare in euolutione additum eſt; ſine mora puniantur contemptores. & iuſſit Diocletianus Auguſtus Iulio, vt ipſe dirigerèt milites, & tenerent omnes, & tantùm Caium Epiſcopum non tenerent; ſed tenerent Gabinium presbyterum cum filia ſua Suſanna, & Claudium cum vxore ſua, & filijs, quos iuſſit deportari in Ciuitatem Chomos [45], ibìq; incendio cõcremari. Claudium, Prepedignam, Alexandrum, & Cuthiam, ac Maximum in Oſtia in rheuma [46] iactari. Gabinium verò presbyterum, & Suſannam fecit in cuſtodiæ vinculo mancipari. Poſt dies quinquaginta quinque iuſsit Serenæ vxori ſuæ, vt adduceretur ei Suſanna, vt mores

Claudij & aliorũ martyriũ.

res eius flecteret. Quæ cum vidiſſet milites ad ſe venire orauit Dominum, dicens: Domine ne derelinquas ancillam tuam, & adducta Suſanna ad Serenam Auguſtam, adorauit eam Serena Auguſta in introitu. Suſanna autem proſtrauit ſe in pauimento, & dixit Serena ad Suſannam: Gaudeat in te Chriſtus Deus noſter; & cum cognouiſſet, quia Chriſtum inuocaſſet, dixit: Gratias ago Deo meo; quia in omni loco dominationes eius ſunt, & fuit cum Serena Auguſta Suſanna multis diebus, quibus diu, noctúq; Suſanna hymnis, & orationibus non ceſſabat Domino aſsiſtens, gratias agere. Imperator autem Diocletianus ſemper ſperās, quòd Suſanna ad coniugium filij ſui Maximiani per Serenam declinaret, miſit quendam Curtium familiarem ſuum ad Serenam, dicens: Iungamus puellam filio meo Maximiano per tuam induſtriam. Serena dixit ad Curtium: Niſi voluntas fuerit, non eſt decora iunctio, quia ego non cognoſco

Suſanna ducitur ad Serenam.

amorem puellæ iuxta filij tui cõſortium. Puella verò diu, noctùq; lachrymabiliter in laudem Dei ſui non ceſſabat vocem pſalmorum canere, ſicut faciebat Pater eius Gabinius. Hoc nuntiatum eſt Diocletiano Auguſto. Tunc Diocletianus Auguſtus furore plurimo accenſus iuſſit Maximiano, vt reuocaretur ad domum patris ſui Gabinij presbyteri dicens: Non coinquinetur palatium noſtrum, ſed in domo patris ſui, ibìdem vtere ea, ſicut deſideras, & relinque eam. Eodem tempore dimiſit eam. reſpondit autem Serena, dicens: Qui liberauit famulam ſuam Suſannam priorem liberet te, & ſit tibi auxiliator dans pacem cum gloria. Veniens autem Suſanna cum duabus mulieribus in domum ſuam introiuit, & iactans ſe in pauimento cœpit orare dominum Ieſum Chriſtum. Ipſa autem nocte veniens Maximianus introiuit in cubiculum, vbi orabat Suſanna, & in ingreſſu eius apparuit Angelus Domini ſuper Suſannam. Ille autem

Reducitur in propriā domum.

Traditur Maximiano.

autem videns tantam claritatem timuit; & curſim fugit ad Palatium, & non cognouit eam, & narrauit omnia patri ſuo Diocletiano Auguſto. Dixit autem Diocletianus Auguſtus: Hoc genus non eſt, niſi magia, & miſit Curtium, & iuſsit, vt in domo ſua eam geſtis [47] audiret ampliſsimis. Veniens Curtius cœpit magis, ac magis pauere. Eodem tempore Diocletianus Auguſtus introiuit ad Serenam vxorem ſuam & cœpit cum ea altercationem habere de Chriſti aduentu, & de Idolorum cultura, & dum conuictus fuiſſet à Serena, conuertit ſe ad Suſannæ diſciplinam, dicens ad Serenam: Quare ita egiſti; vt non conſentiret puella prudens & pulchra filio meo in coniugium? Serena dixit. Quia elegit melius, (quod nobis filius tuus in relatione ſua enarrauit) lumen æternum, quod Maximianus enarrans non tacuit. Iratus Diocletianus Auguſtus vocauit ad ſe quendam Macedonium ſacrilegum paganum, cui hoc præ-

Defenditur ab Angelo.

Diocletianus altercatur cum Serena.

cepit, dicens: Compelle eam in domum ſuam, vt ſacrificia dijs offerat, tamen occultè propter manſuetudinis noſtræ inuidiam. Veniens autem Macedonius introiuit in domum eius in regione Saluſtij, & cœpit coarctare eam ad ſacrificium, deferens deunculum aureum Iouis, & menſam, & tripodem. Cum vidiſſet hoc Suſanna inſufflauit, & flectens genua ad dominum, dixit: Domine, ne videant oculi mei dæmonum † thecas, ſed conſolare ancillam tuam. Tunc dixit Macedonius ad eam: erige te à terra, & adora deum Cæſaris. erigente autem Suſanna caput ſuum ad Cælum, ſimulacrum nuſquam comparuit. Tunc Macedonius dixit ad eam: Cupiditas auri ſeduxit te, & in impetu cupiditatis clareſecit te, tamen gratias ago tibi, quia niſi amore deorum non furata eſſes eum. Illa autem conſignans pectus ſuum, [8] dixit: Dominus miſit Angelum ſuum, & tulit eum ante faciem meam, ne polluerentur oculi mei. Eadem

Macedonius nititur compellere Suſannã ad ſacrificãdum.

† technas

Iouis ſimulacrum diſperditur.

hora

hora introiuit vnus de ſeruis Macedonij,
& nuntiauit, Iouẽ aureum in platea ante
palatium Saluſtij iacere. Accedens Ma- *Suſanna*
cedonius ipſe manibus ſuis expolians eã *verberatur.*
cœpit eam fuſtibus cedere. Suſanna autẽ
gaudens, dicebat: Gloria tibi Domine.
Dixit ad eam Macedonius: Conſule tibi,
& ſacrifica. Illa autem conſignans pectus
ſuum, dicebat: Ego Domino meo me ip-
ſam deſidero ſacrificium offerre. Eodem
tempore Macedonius nũtiauit Diocletia-
no Auguſto rem geſtam, & quomodo ſi-
mulacrum expulſum eſt, & cõfractum in
platea redactum eſt in nihilum. Tunc
iuſsit Diocletianus Aug. vt ibi intra do-
mum ſuam, iuxta domum Caij Epiſcopi
gladio puniretur, quæ percuſſa intra do- *Necatur.*
mum ſuam reddidit ſpiritum. Hoc cum *Ann. 295. 11. Aug.*
audiſſet Serena [49] Auguſta cũ gaudio no-
cte veniẽs collegit corpus S. Suſannæ mar-
tyris, & ſanguinem, quem effuderat in eo- *Eius ſan-*
dem loco cũ ſuo velamine deterſit, & po- *guis colligitur, &*
ſuit in capſam argenteam in palatio ſuo, *veneratur a Serena.*

vbi die, noctuq; furtiuis vicibus orare non ceſsabat. Corpus autem S. Suſannæ ipſa manibus ſuis ornauit cum linteaminibus, & cum aromatibus, & poſuit iuxta corpora Sanctorũ in cœmeterio Alexandri [50] in arenario, in Crypta iuxta ciuitatem Figlinã [51] tertiò idus Auguſti (Natale [52] Tiburtij [a] in cœmeterio inter duas lauros, via Lauicana, & Chryſanthi, [b] & Dariæ via Salaria). Ab eodem die cœpit B. Caius Epiſcopus in eadem domo introire, vbi gladio fuerat percuſsa, & ſacrificium Domino Deo ſuo offerre pro cõmemoratione B. Suſannę populo, quia domus B. Gabinij preſbyteri iungebatur domui B. Caij epiſcopi. Ab eodem tempore (iam tale erat ſignum Chriſtianis) ſtatio deputata eſt in duas [53] domos, quod eſt vſque in hodiernum diẽ. Factum eſt autem hoc Romæ in [54] regione ſexta, iuxta vicũ Mamurij, [55] ante forum Saluſtij, regnante cum Patre, & Spiritu ſancto, Domino noſtro Ieſu Chriſto, in ſecula ſeculorum. Amen.

Corpus S. Alexandri in ciuit. Figlina.

a 11. Auguſti 286.

b 25. Oct. 284.

Caius ſacrificiũ offert pro cõmem. B. Suſanna.

Statio in domo S. Suſanna, & Caij.

SAN-

S. CAII PAPÆ

Epiſtola ad Felicem Epiſcopum.[56]

De accuſatoribus. De Diuinitate, ac vera humanitate Chriſti. De ordinatione Epiſcoporum, ac diuiſione magnarum Vrbium in regiones. De Quæſtionibus difficilioribus ad Sedem Apoſtolicam referendis.

Dilectiſsimo Fratri Felici Caius.

DIrectas ad nos tuæ charitatis epiſtolas plenas catholicæ inquiſitionis ſolicitudine gratãter accepimus, benedicentes Domini noſtri clementiam, qui tales ab extremis mundi partibus dignatur ſuis ouibus prouidere paſtores, per quos & paſcuis valeant ſalutaribus abundare, & ab iniqui lupi rapacitate ſeruari, vt inſidias nequeãt eius ſubreptionis incurrere. Vnde certum eſt, quia promiſſæ vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quando à vobis cæleſtium perfectio doctrinarum tàm votiua ſciſcitatione perquiritur. Scriptum eſt enim: Beati qui per-

Proœm. Laudat Felicis dilig ẽtiam in perquirenda Sedis Apoſtolicæ ſentẽtia in ambiguis.

Pſal. 118.

ſcrutan-

ſcrutantur teſtimonia eius, & in toto corde exquirunt eum. Hoc ergo, frater chariſſime, propoſitum tuæ conſultationis tota mente tractantes de te quoque prouenire confidimus, qui regulam catholicæ fidei ijſdem ſtudes tenere veſtigijs, quibus eam in Apoſtolica ſede
Pſal. 18. cognoſcis eſſe fundatam, & quamuis ſonus eorum toto orbe diffuſus, & vſque ad fines orbis verba eorum diſtenta, dilectionis tuæ corda Chriſto probauerunt eſſe fidelia, tamen ſi quid ex his in eccleſia, quæ tuæ gubernationi, Domino auxiliante, commiſſa eſt, nec dum plena luce claruerit ad eundem fontem, de quo illa ſalutaris manarat lympha, recurritis, id eſt, quod debita charitate ſumus amplexi, quia fiducialiter de his, vnde obſeruantiam eſſe dixiſtis ambiguam, noſtra voluiſtis reſponſione firmari. Quapropter dilectionem tuam in Domino ſalutantes, de ſingulis, quid iuxta catholicam diſciplinam teneat Apoſtolicæ ſedis auctoritas, ſubiectis aliquibus etiam ſanctarum capitulis regularum te credimus inſtruendum.

Decret. 1. Pagani, et Haretici non poſsũt accuſare Chriſtianos. 2 q. 7

Primo quidem ſcias; Paganos,[57] & hæreticos non poſſe Chriſtianos[58] accuſare, aut vocem eis infamationis offerre.

Decret. 2. Clerici nõ poſſunt accuſari apud laicos.

Deinde: Nemo vnquam Epiſcopum apud iudices ſeculares,[59] aut alios Clericos accuſare præſumat.

Et ſi

Et ſi quis Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clerici apud Epiſcopos, (quia alibi non oportet à qualibet perſona, quæ ritè recipienda eſt) fuerint accuſati, quicũque fuerint, ſiuè ille fuerit ſublimis vir honoris, ſiuè alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit probationis documenta ſe debere inferre.

Decr. 3. Accuſatori incumbit onus probandi.

Si quis ergo circa huiuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate huius ſanctionis, intelligat, ſe iacturam infamiæ ſuſtinere, vt, damno pudoris, æſtimationis diſpendio, diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari ſaltèm de cetero non licere.

Decret. 4. Accuſator ſuccubens, infamis.

Nam qualiter ad Concilium veniatur, aut qualiter de ſuis rebus expoliati, vel eiecti à ſedibus proprijs, aut qui accuſatores ſint recipiendi, quiuè non ſint, aut qualiter eiectis, & expoliatis ſint omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata ſunt, & quia priuſquam hoc factum fuerit, nullum crimen ei obijci poterit, & qualiter illis induciæ poſt integram reſtaurationem anniuerſariæ, vel ſex menſium indulgendæ ſint, & qualiter ſua omnia licenter, & pacificè abſque vllius graui impedimento diſponere, & ſuorum amicorum, & eccleſiaſticorum Patrum conſilijs vti debeat, ab Apoſtolis, eorùmque ſucceſſoribus, ac noſtris prædeceſ-ſori-

3. q. 1. Decreta pro expoliatorũ reſtitutione ab Apoſt. & ſucceſſoribus ſufficienter edita.

Quæ à Sede Apoſtolica ſint petenda.

ſoribus ſtatutum eſſe putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore diſputandum, niſi ſi ſurrexerint talia, quæ adhuc non ſunt manifeſta.

Qua cautione excipieda antiqua Decretorum monumenta ab Eccleſia Romana.

Si eorum autem ſtatuta non habueritis, mittite fidelißimos Scriptores, qui hæc coram fidelibus teſtibus excipere, vobiſq; reportare ſub ſtipulatione valeant. Ceterum vt ſatisfaciam conſultis tuis de verbo incarnationis,[60] & veritatis quicunque illi ſint ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt Verbi Dei à tempore incarnationis denegent veritatem, oſtendant in quo ſibi Chriſtianum nomen vſurpent, & cum Euangelio veritatis qua ratione concordent, ſi Beatæ Virginis partu, aut caro ſine Deitate, aut Deitas eſt orta ſine carne: ſicut enim negari non poteſt Euangeliſta dicente: Quod Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, ita negari nõ poteſt beato Apoſtolo Paulo prædicante: Quod Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Quæ autem reconciliatio poſſet eſſe, qua humano generi repropitiaretur Deus, ſi hominis cauſam mediator Dei, hominùmque non ſuſciperet? Qua verò ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt Patri, in forma ſerui particeps eſſet & noſtri, vt mortis vinculum vnius præuaricatione contractum, vnius morte, qui ſolus morti nihil debuit, ſol-

Catholicũ Dogma de vera incarnatione Verbi.

Negantes incarnationem Verbi nullo modo poſſe dici Chriſtianos.

Ioan. 1. 14.

2. Cor. 5. 19.

Sine ea nullam eſſe reconciliationem cum Deo.

Philip. 2. 7

uere-

ueretur? effuſio enim iuſti ſanguinis Chriſti, tam fuit diues ad pretiũ, vt ſi vniuerſitas captiuorum in redemptorem ſuum crederet nullum diaboli vincula retinerent. Quoniam, ſicut Apoſtolus ait, vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia, & cum ſub peccati præiudicio nati, poteſtatem acceperint ad iuſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis, quàm debitum ſeruitutis. Quam itaque ſibi in huius ſacramenti præſidio ſpem relinquunt qui in Saluatore noſtro negant humani corporis veritatem? dicant quo ſacrificio ſint reconciliati? dicant quo ſanguine ſint redempti? Quis eſt, vt ait Apoſtolus, qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiã Deo in odorem ſuauitatis? Aut quod vnquam ſacrificium ſacratius fuit, quàm quod verus, & æternus Pontifex altari Crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? licèt in cõſpectu Domini pretioſa iuſtorum mors fuit, nullius tamen inſontis occiſio redemptio fuit mundi. Acceperunt iuſti, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona iuſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſoluit, cum filius hominis vnus ſolus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui verè erat Agnus immaculatus, extiterit, in quo

Rom. 5. d

Nullã relinqui ſpẽ ſalutis.

Epheſ. 5. a

Ex ſola etenim Chriſto eſſe ſalutem.

omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat: Cum exaltatus fuero à terra omnia
Ioan.12.d traham ad me ipſum. Fides enim iuſtificans impios, & creans iuſtos ad humanitatis retracta participium in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe inuenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hoſtem humani generis in carnis noſtræ humilitate congreſſus his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphauit.

Veritatem Diuinitatis, & humanitatis Christi, ex operu ipſius diuerſitate demoſtrari. Licèt ergo in vno Domino noſtro Ieſu Christo, vero Dei, & hominis filio verbi, & carnis vna perſona ſit, quæ inſeparabiliter, atque indiuiſè communes habeat actiones, intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſyncerae fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ proueh atur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis; quid ſit, quòd caro ſine Verbo non agit, & quid ſit, quòd Verbum ſine carne non efficit. Sine Ver-
Luc.1.c 2.a bi enim potentia nec conciperet Virgo, nec pareret, & ſine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret.

Matt. 2. 11. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum ſtella indice declaratum: Sine veritate
Matt. 2. 14. carnis nō iuberetur transferri in Aegyptū puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci: Sine Verbi po-

bi potentia nòn diceret vox Patris miſſa de cælo: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et ſine veritate carnis non proteſtaretur Ioannes: Ecce agnus Dei, Ecce, qui tollit peccata mundi. Sine verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum, & ſine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremò ſine Verbi potentia non ſe Dominus patri profiteretur æqualem, & ſine veritate carnis non idem diceret, patrem ſe eſſe maiorem, cum catholica fides vtrumque ſuſcipiat, vtrumque defendat, quæ ſecundùm confeſſionem B. Petri Apoſtoli vnum Chriſtum Dei filium & hominem credit, & Verbum. Quãuis itaque ab illo initio, quo in vtero Virginis Verbum caro factum eſt, nihil vnquam inter vtramque formam diuiſionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnius perſonæ fuerint totius temporis actiones, ea ipſa tamen, vt ita dicam, quæ inſeparabiliter facta ſunt nulla permixtione cõfundimus, ſed quid cuiuſque formæ ſit ex operum qualitate ſentimus.

Matt. 3.17 · *Ioan. 1. d.* · *Matt. 4. a* · *Ioan. 11. f* · *Matt. 16. e*

Seruata vnione naturarũ in perſona opera inſeparabiliter facta nõ confundi, ſed ex qua ipſarũ prodeat ex diuerſitate operum cognoſci.

Dicant ergo iſti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma ligno Crucis Dominus maieſtatis Chriſtus affixus ſit? quid iacuerit in ſepulcro, & reuoluto lapide monumenti, quæ tertia die ca-

Negantes humanitatẽ Christi non poſſe aſsignare rationẽ operũ ipſius.

ioie-

ro reſurrexerit, & in qua poſt reſurrectionem ſuam non credentes quoſdam diſcipulos ſuos arguebat, & hæſitationem cunctantium confutabat, cum diceret: Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet ſicut me videtis habere. Et Apoſtolo Thomæ: Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas, & pedes, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Qua vtique manifeſtatione corporis ſui iam hæret eorum mendacia deſtruebat, vt vniuerſa Eccleſia Chriſti, innouanda doctrinis, hoc ſibi non dubitaret credendum, quod Apoſtoli ſuſceperant prædicandum. At ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant vbi ſpē vitæ ſibi polliceātur æternæ; ad quam niſi per mediatorem Dei, & hominū hominē Ieſum Chriſtum non poteſt perueniri. Sicut enim ait B. Petrus Apoſtolus: Non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cælo, in quo oporteat eos ſaluos fieri, nec eſt redemptio captiuitatis humanæ, niſi in ſanguine eius, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus; & qui, ſicut prædicat Apoſtolus, cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualiter Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum factus obediens patri

Ioan. 19. d
Matt. 28 a
Luc 29 d
Ioan. 20. g
Nullā illis eſſe reliquam ſpem ſalutis, vt ſup.
Act. 4. c
1. Tim. 2. b
Salutē ex ſanguine Chriſti profectā.
Philip. 2. a. b.

patri vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Cum ergo vnus ſit Dominus Ieſus Chriſtus, & veræ Deitatis, & veræ humanitatis in ipſo vna prorſus eadēq; perſona ſit, exaltationem tamen, qua illum, ſicut Doctor gentium dixit, exaltauit Deus, & donauit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat filius patri, & inter genitorem, atque vnigenitum nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in maieſtate diuerſitas, nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat Verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem ſerui, per quam impaſſibilis Deitas ſacramentum magnæ pietatis impleuit humana humilitas eſt, quæ in gloriam Diuinæ poteſtatis euecta, eſt in tantam vnitatem ab ipſo conceptu virginis Deitatis & humanitatis conſerta, vt nec ſine homine, Diuina; nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod, ſicut Dominus maieſtatis dicitur Crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqua-

Chriſtum propter mortē Crucis fuiſſe exaltatū.

Philip. 2. b

Exaltationē Chriſti ad eius humanitatē pertinere.

Ioan. 10. f

Ob perfectam vnionem naturarum in Chriſto, nec ſine homine Diuina, nec ſine Deo agebantur humana.

lis eſt Deo,dicitur exaltatus, quia inſeparabiliter manente vnitate perſonæ,vnus, atque idẽ eſt, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnam cum patre Deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Chriſtus ſecundùm hominem accepit, cui,quæ non habuit,conferrentur. Nã ſecundùm potentiam

Ioan.5.d Diuinitatis indifferenter omnia,quæ habet Pater, habet etiam filius, & quæ in forma ſerui à patre accepit, eadem in forma Dei & ipſe

Ioan.20.f donauit. Secundùm enim Dei formam ipſe & pater vnum ſint. Secũdum formam autem ſerui non venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem eius qui miſit eum. Secundùm for-

Ioa.4.5.6 mam Dei ſicut pater habet vitam in ſemetipſo,ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo.

Matt.26.d Secundùm formam ſerui; triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.& idem ipſe eſt, ſicut Apo-

2.Cor.8.b ſtolus prædicat, diues, & pauper. Diues,quia

Ioan.1.a Euangeliſta dicente; In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum,omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt ni-

Ioan.1.b hil. Pauper verò; Quia propter nos Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Quæ autem eſt exinanitio eius, quæue paupertas, niſi formæ ſeruilis acceptio, per quam, Verbi maieſtate velata, diſpenſatio humanæ redem-

Redẽptionem peractam per incarnationem.

ptionis

ptionis impleta eſt! Nam, quia captiuitatis noſtræ reſolui originalia vincula nõ poterant, niſi exiſteret homo noſtri generis, noſtræq; naturæ, quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immaculato ſanguine ſuo chirographum lethale dilueret, ſicut ab initio erat diuinitùs præordinatum, ita eſt in plenitudine temporis perfectum, vt multis modis ſignificata promiſſio, in diù expectatum veniret effectum, nec poſſet eſſe ambiguũ, quod continuis teſtificationibus ſemper fuerat nuntiatum. In magno autem ſacrilegio ſe verſari hæreticorum manifeſtat impietas, cum ſub ſpecie Diuinitatis honorandæ, humanæ carnis in Chriſto denegant veritatem, & religiosè exiſtimant credi ſi dicatur, in Saluatore noſtro verum non eſſe, quod ſaluat; cum ita ſecundùm promiſſionem omnia ſecula[†] præcurrentem mũdus ſit Deo reconciliatus in Chriſto, vt niſi verbum dignaretur caro fieri, nulla poſſet caro ſaluari. Omne enim ſacramentũ Chriſtianæ fidei, vt hæretici volũt, magno decoloratur obſcuro, ſi lux veritatis ſub mendacio putatur latuiſſe phãtaſmatis. Nõ ergo quiſque ſibi erubeſcẽdũ exiſtimet Chriſtianus de noſtri in Chriſto corporis veritate, quia omnes Apoſtoli, Apoſtolorumq. diſcipuli, & præclari Eccleſiarum quique Doctores, qui ad martyrij coronam, vel ad con-

Incarnationis neceſsitas. Coloſſ. 2. b

† Cum ſpeciè Deitatis honorando.

† percurrentem.

Incarnationem firmiſsimè aſſerendam.

Idq. fuiſſe Apoſtolorū, ac ſucceſſorum dogma perpetuum.

feſſionis meruerunt gloriam peruenire in huius fidei lumine ſplenduerunt, conſonis vbique ſententijs intonantes, quòd in Domino Ieſu Chriſto Deitatis,& carnis vnà ſit confitenda perſona. Qua autem rationis ſimilitudine, qua diuinorum voluminum portione hæretica impietas ſe exiſtimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Chriſti, cum hanc non lex teſtificari, non prophetæ præcinere, non Euangêlia docere,non ipſe deſtiterit Chriſtus oſtendere? Quærant per omnem ſeriem ſcripturarum, quo tenebras ſuas fugiant, non quo verum lumen obſcurent, & per omnia ſecula ita veritatem inueniant coruſcantem, vt magnum hoc, & mirabile ſacramentum ab initio videant creditum, quod eſt in fine completum. de quo cum ſanctarum literarum nulla pars ſileat, ſufficit,quædam conſona veritatis ſigna poſuiſſe, quibus diligentia fidei in ſplendidiſſimam latitudinem dirigatur, & ſyncerae intelligentiæ luce pèrſpiciat, quod in filio Dei, qui ſe inceſſabiliter filium hominis, & hominem profitetur non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed conſtantiſsimè gloriandum, quoniam (ſicut ait B. Apoſtolus) Magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt mundo aſ-

1.Tim.3.d

do, aſſumptum eſt in gloria.

De Epiſcoporum verò, & presbyterorum, diaconorumq; & ſequentium clericorum ordinationibus, Sanctos Apoſtolos, & ſucceſſores eorum, & præcipuè Anacletum †, & præterea alios ſufficienter ſtatuiſſe cognoſcimus, & idcirco non eſt neceſſe nunc replicari, niſi quod illi non ſtatuerunt. Illud tamen nos ſtatuentes vobis & omnibus ſeruare mandamus, vt ad Ordines Eccleſiaſticos ſic aſcendant in Eccleſia, qui ordinari merentur. ideſt; ſi quis Epiſcopus eſſe meretur, ſit primò Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta, inde ſacretur Acolythus, demum verò Subdiaconus, deinde Diaconus, & poſtea Presbyter, & exinde ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

De ordinatione Epiſcoporum.

Epiſt. 2. to. 1. Concil.

Decretũ 5 Ad Epiſcopatum per ordines Eccleſiaſticos gradatim aſcendendum.

Et regiones, ſicut in hac Vrbe fecimus, per ſingulas vrbes, quæ populoſæ fuerint, diuidantur.

Decretũ 6 Magnas Vrbes in regiones eſſe diuidẽdas.

Et quæcũque difficiles quæſtiones[61] per ſingulas prouincias exortæ fuerint, ſemper ad Sedem Apoſtolicam referantur. Benè vale frater, & ora pro nobis. Data Kalend. Martij, Diocletiano VI. & Conſtantio II.[62] viris Clariſsimis Conſulibus.

Decretũ 7 Difficiles Quaſt. ad Sedẽ Apoſtolicã eſſe referẽdas.

An. Dom. 296.

NOTÆ IN ACTA
S. CAII
PAPAE

Ac primùm in ea, quæ ſunt apud Anaſtaſium Bibliothecarium.

CAIVS. De modo electionis Caij nihil inuenitur. De eius ſucceſsione poſt Eutychianum Papam agunt Euſeb. in Chron. & hiſt. lib. 7. cap. vlt. Optatus lib. 2. Auguſtin. epiſt. 165. Niceph. in Chron. & alij: eſſe verò vigeſimum nonum Romanum Pontificem ex recta eorum præmiſſa ſerie conſtat apud omnes, qui neque Cletum, neque Anacletum prætereunt. 1 Caij electio. 17. Decẽb.

2. *Dalmata*. Ex Salona eius prouinciç ciuitate, quam Ptolemçus inter colonias enumerat. nunc eſt Dalmatarum nauale. Salonitarum fuiſſe tradit Onuphrius in faſtis. At quid ſi natione Dalmatam, natiuitate Romanum cum Gallonio [a] dicamus? 2 Patria. a In vit. S. Suſannæ.

3. *Ex genere Diocletiani, ex patre Caio*. Alij Gaiũ dicunt, quidam verò Gallum, immò & Gaianum [b] Dicendum videtur Diocletianum, [c] duos habuiſſe fratres. ex his alterum, cuius nomen ignoratur, genuiſſe Claudium, & Maximum natu minorem. Claudius ex Prçpedigna vxore duos ſuſcepit filios, Alexandrum, & Cuthiam, ſeu Cutiam, qui omnes ob Chriſtianam 3 Genus, & nobilitas. b Abb. Vſpergenſ. c Ex act. S. Suſannæ.

religionem iuſſu Diocletiani necati fuere. Alterum, qui fuit pater Caij Papæ, ac Gabinij patris S. Suſannæ Virginis, qui Maximinus vocabatur, ac præmiſſo prænomine ex Anaſtaſij auctoritate Caius Maximinus dicendus erit. Hunc, Famatiſſimum Senatorem, & Exconſulem appellant acta S. Suſannæ. Cum verò in faſtis conſularibus non reperiatur deſcriptus, dicendum eſt, Conſulem ſuffectum, vel honorarium fuiſſe, ac ad Senatoriam, & Conſularem dignitatem ob ipſius merita ante Diocletiani imperium perueniſſe, quãdoquidem cum Diocletianus ex ſeruili genere ortus, [d] & Anullini Senatoris libertus fuiſſe tradatur, antiquæ nobilitatis titulo eiuſdem fratres inſignitos affirmare nequaquam poſſumus. Si quando igitur audis, Suſannam ex nobiliſſimo genere natam, non ad antiquam Romanam nobilitatem referas, ſed ad Caij patrui ſummum Pontificatum, Diocletiani imperium, vel Maximini adeptam Senatoriam dignitatem, vel fortaſſe ad antiquam familiæ nobilitatem inter Dalmatas ante ſeruitutem. Suſpicatus ſum aliquando Diocletiani genus aſcitum fuiſſe in familiam Valeriam Romanam, cum ſeſe Valerium Diocletianus appellet. ſed de Valeriorum genere Dalmato proferet, vt ſpero, ex antiquiſsimis patrijs monumentis præclára quæq Ioannes Toncus Salonitanus, ex quibus hæc noſtra, quæ ex actis S.Suſannæ collegimus, vel confirmari, vel corrigi poterunt.

d Eutrop. lib. 9.

4 Quantū ſederit Caius.

4. *Sedit annos vndecim, menſes quatuor, dies nouē.* Sed numerando à die decimaſeptima Decẽbris anni 283. qui fuit electionis dies, vſque ad diem vigeſimam ſecundam Aprilis anni 196. qua obijt, dicendum eſt, ſediſſe annos duodecim, menſes quatuor, dies quinque juxta Breuiarium Romanum, [e] ac Baron. [f] & aliorum ſententiam.

e 22. April. f tom. 2. an.

5 Quo tempore ſederit.

5. *Fuit autem temporibus Cari.* Statuto ſemel tempore electionis, & obitus Caij dicendum eſt, cœpiſſe quidem ſub conſulatu primo Cari, quem geſſit cum Carino,

Carino; nam in ſecundo habuit collegam Numerianum: perueniſſe verò ad conſulatum Diocletiani ſextum, & Conſtantij ſecundum; In ſexto enim conſulatu, non in quarto Diocletianum, collegam habuiſſe Conſtantium, liquet ex faſtis.

6. *Hic conſtituit, vt omnes Ordines*. Hæc non ſunt intelligenda, vt Caius primus fuerit, qui inſtituerit, vt per inferiorum Ordinum gradus ad ſupremum aſcenderetur; nam huiuſmodi Hierarchicum ordinem in Eccleſia iam temporibus Apoſtolorum ſtabilitum fuiſſe, atque vſu receptum certum eſt, ſed vt non proueherentur ad thronum Epiſcopalem, niſi qui in ſingulis Ordinibus conſueto tempore miniſtraſſent, vel vt decreto g firmarit, quòd ſola traditione ex Apoſtolica inſtitutione ſeruabatur, ne quiſquam, qui futurus eſſet Epiſcopus, ob dignitatis maieſtatem, ad eam exiſtimaret aſcendere ſibi licere, ſpreto, aut prætermiſſo quoquam ſaltèm ex minoribus.

6 Caij decretum de ordinatione Epiſcoporum. Bar. an. 296

g Epiſtola Caij.

7. *Hic regiones diuiſit Diaconibus*. Suſpicari quis poſſet hæc verba hoc loco eſſe ſuperflua, quoniam ſunt aliqui Anaſtaſij textus, qui ijs carent, ac Baronius ea non retulit, atque à Fabiano Papa fuerant priùs regiones diuiſæ. At cum ipſemet Caius in fine epiſtolæ decretalis h ad Felicem datę, dicat, ſe Romã Diaconis diuiſiſſe, idemq. in magnis Vrbibus peragendum eſſe moneat, dicendum omninò eſt, id, quod a Fabiano in Vrbe tantùm fuerat inſtitutum, à Caio fuiſſe decreto reſtitutum, & ad alias Vrbes ampliatum.

7 Regiones Vrbis diuiſit Caius.

h Epiſtola Caij.

8. *Hic fugiens perſecutionem*. A martyrio S. Sebaſtiani cæpiſſe Caij latebras, acta ſupradicta S. Sebaſtiani indicant, ac perueniſſe vſque ad initium certaminis S. Suſannæ ex ipſis pariter innoteſcit S. Suſannę actis, quo intermedio tempore nihil de Caio inuenitur. At cum martyrium S. Sebaſtiani contigerit die vigeſima Ianuarij ann. ducenteſimo octuageſimo octauo, quo iam cęperat quintus Caij annus; initium verò certaminis S. Suſannæ cęperit anno ducenteſimo nonageſimo quin-

8 Caius quã cum latuerit.

to, vt infra patebit, dicendum eſt, Caium annis octo latuiſſe, ac in apertum prodijſſe anno ſedis ſuæ vndecimo, vt Anaſtaſius innuit, ac expreſsè legitur in Breuiario Romano.

i Die 22. Aprilis.

S. Maximus Epiſcopus ſecūdus Veſont. a Caio miſſus.

lib. 2 Hiſt. Veſont.

S. Protus, & Ianuar. miſſi à Caio in Sardiniam. 25. Octob.

5. *Epiſcopos per diuerſa loca numero quinque*. Quinam hi fuerint, quorumuè locorum Epiſcopi difficile prorſus inuentu. S. Maximum Epiſcopum Veſontionum à S. Caio Papa ad eam vrbē miſſum ſcribit Iacob Chifflet. ſed hunc ſecundum Epiſcopum eiuſdem vrbis. Primum verò fuiſſe ſanctum Linum Papam aſſerit. Ab eodem S. Caio miſſos etiam fuiſſe in Sardiniam Protum Presbyterum, & Ianuarium Diaconum ad prædicandum, eosq. martyrio affectos ibidem docet Mart. Rom. in quo de ipſis hæc leguntur: Turribus in Sardinia Sanctorum martyrum Proti Presbyteri, & Ianuarij Diaconi, qui à S. Caio Papa ad eam Inſulam miſſi, tempore Diocletiani ſub Barbaro Præſide consūmati ſunt. Hæc ex Mart. Horum martyrium refertur ad ann. 303. Agit de ipſis Franciſcus Fara de rebus Sardois.

Lib. 1.

S. Gabinij martyrium Die 19. Februar. ann. 296.

Petr. lib. 3. c. 136.

10. *Cum Gabinio fratre ſuo*. De Martyrio S Gabinij in Mart. Rom. hæc leguntur. Romæ Natalis. Gabinij Presbyteri, & martyris, fratris B. Caij Papæ, qui à Diocletiano diù in cuſtodia vinculis afflictus, pretioſa morte cęli gaudia comparauit. Agunt de eodem Beda, Petrus de Nat. & alij. aſſerūt omnes ipſum in cuſtodia diù vinculis afflictum, hoc eſt, menſibus ſaltèm ſex, & diebus octo, à morte ſcilicet S. Suſannæ, ſiuè ab vndecima Auguſti ad 19. Febr. qua die obijt Gabinius. In cuſtodia verò fame, ac vinculis maceratum tandem expiraſſe, & à S. Caio ſepultum fuiſſe tradit Petrus. Translatum verò deinde ad Eccleſiam S. Suſannæ dicetur infra.

S. Caij martyrium 22. April.

11. *Martyrio coronatur*: Caius ſcilicet de martyrio Caij hæc tantùm habentur ex Rom. Mart. Romæ Sancti Caij Papæ, qui ſub Diocletiano Principe martyrio coronatus eſt. Hæc quidem 22. Aprilis. Dicendum eſt igitur vixiſſe poſt Gabinium menſes duos, ac dies tres. Cum igitur Breuiarium Romanum, & Anaſtaſius Caiū

dicunt

dicunt vnà cum Gabinio eſſe coronatum, non eſt ita accipiendum, vt ſigni ficetur eadem die ſimul fuiſſe martyrio affectos, ſed vt denotetur neutrum ipſorum euaſiſſe: verùm vtrumque ob eandẽ cauſam necatum fuiſſe, Martyrem veneratur Eccleſia. Habet autem officium ſemiduplex commune cum Sotero Papa, cum lectione propria, & oratione communi. Ante reformatum Breuiarium ex Pij V. decreto habebat officium ſimplex pariter cum Sotere, atque eadem oratione, duabusq. lectionibus proprijs. Erant autem ipſamet acta ab Anaſtaſio conſcripta in duas lectiones diuiſa. Martyrem etiá fuiſſe tradunt omnes, qui Pontificum Romanorum vitas ſcripſere, aut qui vitas Sãctorum colligentes de Caio etiam egerunt. Non ſolùm autem Romæ, quod infra dicetur, ſed etiam alibi Eccleſiæ eius nomine erectę fuere. Florentiæ enim adeſt Eccleſia ipſi dicata, quæ corruptè dicitur S. Gaggij, familiæ Corſinæ pietate exornata.

12. *Sepultus eſt in Cęmeterio Calliſti*. Concordant Breuiar. Rom. Beda, Petr. de Nat. & alij omnes, nemine diſſentiente. S. Caij ſepulchrum. Petr. lib. 4. c. 74.

13. *Et ceſſauit Epiſcopatus dies vndecim*. Conſentiunt Bar. & alij plurimi, licèt dies aliquot detrahãt alij, alij verò è contra aliquot addant. Sed Succeſſorum Pontificum tempora, dies vndecim ſedem vacaſſe aſserendum demonſtrant. Vndecim verò diebus tranſactis electus eſt Marcellinus die tertia Maij. Sedis vacatio.

14. *Ex Breuiario Romano*. Addita eſt hæc lectio S. Caij ex Breuiario Romano: primò vt per eam vel cõfirmentur, vel corrigantur quæ dicta ſunt ab Anaſtaſio: ſecundò, nè quid deſit ex ijs, quę pertinent ad S. Caium.

15. *Ex actis S. Sebaſtiani*. Extant acta S. Sebaſtiani integra antiquitatem redolentia edita apud Mombritium. Habemus m. ſ. eadem in noſtra bibliotheca. eadem habet Sur. tom. 1. nonnihil immutata ab eo, ſuo more, quoad ſtylum. Nos ex ipſis, quæ apud Surium ſunt, ea tantùm hoc loco retulimus, quæ pertinent ad Caium, eaq. notis proſequimur. 15 S. Sebaſtiani acta quibus quędam de Caio.

16 Re-

16Perſecutio Eccleſiæ ſub Numeriano. k l. Sacroſ. Cod. de Sacroſanct. Eccl.

16. *Remiſsior fuit in Chriſtianos perſecutio*. Quam ſcilicet ſub Numeriano, cui tributa eſt huius temporis perſecutio, quæ Caro tribuenda non videtur ob reſcriptum in fauorem Eccleſiæ [k] Theſsalonicenſis. Neque Carino cum apud ipſum reperirentur Chriſtiani, ijq. confeſſores, vt docent acta S. Sebaſtiani: quare non niſi Numeriano ea perſecutio tribuenda remanet, quòd ſcilicet nullo reperiatur officio Chriſtianos proſecutus, vt ipſius pater, & frater. Credendum eſt etiam ab illius temporis Notarijs, tributam eſſe Numeriano perſecutioné, quòd ſcirent Numerianum odio proſequi Chriſtianos. Adeò autem fuit remiſsior perſecutio ſub Carino, vt ſolus Marinus [l] Senator Romæ paſſus reperiatur. Cæterum cum Carinus Roma longè abeſſet, potiùs eius tépore, quàm eius iuſſu id eueniſſe dicendum eſt. Sub Diocletiano autem, viuente Carino nullus reperitur paſſus, quoniam Diocletianus non dum perſecutionem excitauerat in Chriſtianos, veritus nè eos Carino, cui adhuc viribus impar erat magis conciliaret, atque hoſti illos adderet. Carino autem defuncto mox Diocletianus, cum diriſſimum imperij collegam Maximianum Herculeum ſibi adlegiſſet, ablegato timore, concordes ambo in Chriſtianos exarſerunt, atroxq. bellum indixerunt.

Sub Carino l Mart. Rō. 26. Decēbr.

Sub Diocletiano.

17 Margus locus mortis Carini.

17. *Occiſo autem Carino ad Murgum*. Alij Margum, alij Murtium dicunt, inter Viminatium, & montẽ Aureum in Mæſia ſuperiori. De Viminatio in ea regione eſt Ptolemęi auctoritas: De Monte aureo [m] Eutropij in Probo, dum tradit, Probum in eo monte vineas inſtruẽdas curaſſe, quas primas earum regionum fuiſſet cenſet auctor [n] notarum in Eutrop. Vtriuſq. loci meminit Notitia dignit. Imperial. in Mæſia ſuperiori. Margi fluminis meminit Plin. [o] item in Mæſia.

m Eutrop. lib. 9.

n Henric. Glaicar.

o Plin. lib. 3 c. 26.

18. *Chromatius vir Illuſtriſſimus*. Officij dignitate. Agebat enim Chromatius Vrbanam præfecturam, quæ ab Imperatore dicitur Illuſtriſsima. Huius magiſtratus ampliſsima erat auctoritas, circa hæc præcipuè tempora. Pauca de ipſo, apud Feneſtellam, & Pompo-

nium

nium Lætum Plura apud Caſſiodorum Varior. & Cuſpin. in Chron. Caſſiodori ad an. D. 285. Alex. ab Alex. ſed pleniùs ff. & C. de off Præfecti Vrb.

19. *Ex ſacro reſcripto.* Imperiali ſcilicet, prout in rebus grauioribus fieri ſolet, in quibus nõ quęuis principis indulgentia ſatis eſſe conſueu.t, ſed iuxta negotiorum dignitatem reſcripta emanare. Cum autem de rebus omnibus, quæ ad Vrbem ipſam pertinebant Præfectus Vrbi cenſeret, abeuntibus præſertim Conſulibus, vel Imperatoribus, ab Vrbe à prima magiſtratus huius inſtitutione recedere Præfecto non licebat.

Reſcripto Imperiali cur indiguerit Cherat.

Dicitur autem *ſacrum reſcriptum*, quoniam omnia, quæ ad Imperatorem pertinebant dici ſacra, aut etiam ſacratiſsima conſueuerant. Sacratiſsimas conſtitutiones [p] appellat Iuſtinianus: Verba Imperatoris dicuntur ſacra [q] oratio: Sacræ [r] largitiones vocantur munera ab Imperatore diſtributa: Tandem ipſummet ſtabulum ipſius dictum eſt ſacrum.

Imperialia dicebantur ſacra.
[p] § Oẽs populi Proœ. Inſtit.
[q] Cod. vbi Senat. vel Clariſs. l. Quoties.
[r] l. Vnica Cod. de Comit. & tribun. lib. 12.

Id autem ad gentiles non aliundè, quàm ab Hebræis deriuaſſe apertum eſt, apud quos Dei iuſſu ſacra vnctione reges decernebantur, ſacriq. adeò cenſebantur, vt eos vel leuiſsimè lędere, vel contemnere pro ſacrilegio haberetur, & apud Tobiam Regis ſecretum ab Angelo ſacramentum eſt appellatum. At non ſolùm ſacra, ſed etiam Diuina huiuſcemodi omnia ad Imperatorem pertinentia appellata reperies: vt Diuina [f] delegatio, diuina [t] ſubſcriptio, diuina [u] ſanctio, diuina [x] indulgentia, diuina [y] ſerenitas, diuina [z] domus, &c. A quibus dicendi modis, neque Chriſtianos Imperatores abſtinuiſſe vides.

Tob. 12. 7.
Imperialia Diuina.
[f] l. penult Cod. de appellat.
[t] l. 3. Cod. de offic. Quæſt.
[u] l. 4. C. de tẽp. Appel.
[x] l. 3. ff. de conſt. princip.
[y] Cod. de off. Præfec. Africæ l. 2.
[z] l. ad inſtructiones Cod de Sacroſ. Eccl.

20. *Lati ceſpitis*. Figurata locutio. Magni ſcilicet fundi, amplæ villæ latæ admodum ad latendum, in qua ſcilicet plurimi Chriſtiani, vt bruta animacula inter ceſpites latere poſſent. Etſi enim ceſpites cæſæ terræ partes vnà cum herbis, ac fructibus auulſæ dicantur, ex quibus & ruſticæ domus, & aræ, quæ ceſpitiæ ſunt dictæ, conſtare ſolebant, attamen & terram ipſam & germi-

Feſt inver. Ceſpes.

Sueton. in Tiber. germina non cæſa, nec auulſa ſignificant. Agens enim Sueton. de Tiberio hæc de ipſo ait: Trans Rhenum eum ordinem vitę tenuit, vt ſedens in ceſpite nudo cibum capéret, & Ouid de Aiac.

Ouid. 13. Metamor. *Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.*

21 Priuatarum Eccleſiarum vſus. 21. *Intra domum Chromatij.* Iuxta antiquum morem tunc neceſſarium ſacra in domibus peragendi cum adhuc publicæ Eccleſiæ non eſſent conſtructæ. Nam de priuatis Eccleſijs habemus exemplum de ipſomet Caio in actis S. Suſannæ, vt infra patebit.

Confeſſionis, & martyrij differentia. 22 *Confeſsionis ſcilicet, & martyrij.* Licèt hæc nomina idem ſignificent, publicum ſcilicet actum profitendi Chriſtianam religionem aduerſus illius hoſtes, vſu tamen loquendi diuerſa ſignificãt apud antiquos Patres, apud quos martyres dicebantur, qui pro fidei cõfeſsione mortem ſubijſſent, aut qui ſaltèm pro ea tormenta ſuſtinuiſſent. Confeſſores verò, qui nec mortem, nec tormenta paſsi eſſent, ſed carceres tantùm, aut exilium à perſecutoribus indictum, aut etiam qui ſpontaneum ſuſcepiſſent exilium, propriaq. bona reliquiſſent ne periculo ſeſe exponerent Chriſtum negandi. Hi & Confeſſores dicebantur, atque etiam extorres, immò & martyres, ſi exules moriebantur. Qui verò ſeſe ſpontè martyrio obijciebant Profeſſores dicebantur. Appellabantur etiam aliquando Confeſſores, qui tormenta ſuſtinuiſſent, ſed non mortem, quòd ſcilicet nondum martyrium conſummaſſent. Apud poſteriores verò Patres, qui ad perfectam martyrij rationem requiri mortem profitentur, illi tantummodò martyres appellantur, qui pro Chriſto necantur. Confeſſores verò qui in Chriſtianarum virtutum exercitatione viuentes ſuncto fine quieſcunt.

Martyres qui. Cõfeſſores Bar. in tractat. Marty. 2. Ianua & an. 253. & 288. Extorres

D. Thom. 2 2 q. 124. art. 4.

33 Roman Põtifex Epiſcopus Epiſcoporum. 33. Et *Epiſcoporum Epiſcope.* Ex titulis Romani Põtificis, quos iuxta eius dignitatem, ac poteſtatem plurimos eſſe neceſſe eſt, quidam fuere olim, & alij communes. qui nunc ipſius tantùm eſſe videntur proprij, cuiuſmodi ſunt Summus Pontifex, Papa. Alij ipſius

ſemper

ſemper proprij, vt eſt iſte, qui datur Caio: Epiſcopus Epiſcoporum. Qui prioribus etiam Pontificibus Romanis datus reperitur, vt conſtat ex Tertulliano, apud quem hæc leguntur. Pontifex Maximus, Epiſcopus Epiſcoporum. Loquitur autem de Zephyrino, qui anno Domini ducenteſimo tertio creatus eſt Pontifex. Is autem vſus non eo tempore cępiſſe putandus eſt: quandoquidē Tertullianus, qui illud Pontificis decretum conuellere conatus eſt, quod huiuſmodi titulum habebat, & titulum ipſum carpſiſſet, niſi illud ab omnibus abſque vlla controuerſia receptum cognouiſſet, eo enim tempore à communione Romanę Eccleſiæ Tertullianus diſceſſerat, bellumq. & Pontificibus indixerat. Reperitur attamen hic titulus ſemel datus Iacobo fratri Domini à Clemente Romano in prima ipſius epiſtola. Sed de ea in ipſius Clementis actis, vt etiam de huiuſmodi titulo agendū; peculiarem .n. hęc requirūt animaduerſionem.

Tertul. lib. de pudic. c. 1.

Bar.

24. *Vir clariſsimus Tranquillinus*. Vel ratione magiſtratus, vel Senatoriæ dignitatis. Magiſtratus Romanorum triplex erat genus. Ciuilium ſcilicet, Militarium, & Palatinorum. In quolibet genere alij dicebātur Illuſtres,[a] alij Spectabiles, alij Clariſsimi, alij Perfectiſſimi. Cenſet Accurſius primi gradus tres fuiſſe ordines Illuſtrium, Superilluſtrium, & Illuſtriſsimorum. At Superilluſtres non agnoſcit Alciatus, immò ne nomen quidem, tanquam minus latinum admittit. Idem enim qui Illuſtres, & Illuſtriſſimi dicebantur, etſi rarò. Qui Illuſtris titulo decorabantur hi erant. ex Magiſtratibus ciuilibus, Conſules, Præfecti Prætorio, Præfecti Vrbi. ex Militaribus, Magiſter militum. ex Palatinis, Magiſter officiorum, Quæſtor, Præpoſitus cubiculi, Comes largitionum, Comes rerum priuatarum, Comes domeſticarum equitum, Comes domeſticorum peditum. Spectabiles dicebantur Primicerius Cubiculi, Caſtrenſis Palatij, Primicerius Notariorum, Magiſtri Scriniorum, Proconſules, & alij. Clariſſimi dicebantur Conſules, Correctores, ac Prin-

24 Magiſtratuum Rom. tituli.

Illuſtres, qui.

a Not. Im-

Lib. 3. diſp. cap. 4.

minimè

Spectabiles qui.

Clariſsimi, qui.

Perfectiſsimi qui. Senatores omnes Clariſsimi. Principes prouinciarum. Perfectiſsimorum titulo decorabantur quarundam prouinciarum Præſides, vt Arabiæ, Iſauriæ, Dalmatiæ. At ratione Senatoriæ dignitatis omnes Senatores dicebantur Clariſsimi. Immò & ipſos Conſules Clariſsimos appellat aliquando Plinius Videtur autem huiuſcemodi titulus reliquis omnibus antiquior; alij verò poſtea inuenti ſub Imperatoribus, vt maiori honore afficerentur, qui magiſtratus gerebant, qui ſpectabiles, vel Illuſtres dicti fuere, vt vidimus, ab eoq. tempore Senatores, qui nullo fungebãtur magiſtratu, Clariſſimi tantùm ſunt appellati. Fuiſſe autem pœnam ijs impoſitam, b qui debitis titulorum nominibus magiſtratus dignitate præſtantes proſequi neglexiſſent docent antiqua principum monumenta.

Lib. 7. epiſt. vlt. Clariſsimi tit. omnib. antiquior.

b l. potius C. de off. rect. Prou.

25. *Itemq. B. Sebaſtianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, ſed mente pulchrior*. Ex his verbis, vel perperam acceptis exorta eſt fortaſſe falſa opinio exiſtimantium S. Sebaſtianum tempore eius martyrij fuiſſe adoleſcentem. Videntur enim ea ſic accipi poſſe. Remanſit item cum Caio S. Sebaſtianus, qui & ſanè iuuenis corpore pulcherrimus erat; ſed etiam remanſit alius mente pulchrior.

l. 2. & 3 C. de off. diu. Iud. S Sebaſtianus an iuuenis tempore martyrij

At quidquid ſit de huius opinionis origine, eã profectò eſſe falſam oſtendunt plura, ſed præcipuè S. Sebaſtiani munus, quod iunioribus conferri conſueuiſſe prudens nemo exiſtimabit; erat enim Dux primæ cohortis: idipſum confirmãt antiquiorés eius imagines, vt quæ apud S. Petrum ad Vincula, & apud S. Mariam, ſeu Andream in Pallari.

26. *Nicoſtratus Protoſcriniarius*. Primiſcrinius, de quo Mart. Rom. die 7. Iulij. Scriniarij dicebantur, qui earum ſcripturarum, ac librorum curam gerebant, in quibus ea quæ ad perſonas, res, atque actiones, quæ ad ſtatutum, ac regimẽ Reipublicæ pertinebant, referri conſueuerant, libros, ac ſcripturas conſcribentes, vel ab alijs prius conditas, prout vſus exigebat tractantes,

Scriniarij qui.

atque

atque adminiſtrates, vt noſtri temporis notarij, & Archiuiſtæ. Cum verò huiuſmodi libri in publicis officiorum ſcrinijs reconderentur, idcircò ipſamet officia appellabantur ſcrinia, prędicti verò Officiales Scriniarij. Erant autem plurimæ, atque diuerſæ ſcriniariorum ſcholæ, atque in ſingulis ordines plures, atque etiam gradus, certuſq. in ſingulis hominum numerus, quibus gradatim aſcendere [c] licebat. Pœna enim aſcendentibus per ſaltum ſtatuta erat. Qui in matricula cuiuſpiam ſcholæ deſcripti erant, Scriniarij omnes dicebantur, qui ad eius primum aſcenderent locum, Primiſcrinij: Quot verò eſſent magiſtratus, quibus Primiſcrinij, & Scriniarij inſeruiebant, ex notitia Imperij accipiendum eſt. At cum eſſent plures, cuiuſnam magiſtratus, aut officij Primiſcrinius eſſet Nicoſtratus ignotum eſt.

c. vnicuiq. C. de prox. ſacr ſcrino. l. vt gradatim, ff de muner. & honor.

Primiſcrinij, qui.

27. *Sebaſtianum Eccleſiæ defenſorem cōſtituit.* Hāc primam eſſe mentionem de Eccleſię defenſore docet Baronius: ac munus eſſe Eccleſiaſticum, non ordinem, ac perſeueraſſe in Eccleſia, cum in multis locis, præſertim verò in epiſtolis Gregorij Papæ frequens eius ſit mētio, ex quibus colligi poteſt, quod nā eſſet magiſtratus officium. Hæc Bar. Non tamen hoc tēpore inſtitutum primò Eccleſiæ defenſorem cenſeo, quandoquidem hoc loco acta ipſa, vt de munere conſueto, atque noto, prout de reliquis agere videntur. Defenſorum Eccleſiæ meminit [d] Zoſimus Papa dicens; Defenſores Eccleſiæ etiā qui ex laicis fiunt, ſupradicta obſeruatione tenentur (gradatim ſcilicet procedendi) ſi meruerint eſſe in Ordine Clericatus. Et Vrbanus dicens; [e] Defenſoris nomine intelligit Chalcedonēſis ſynodus: Aduocatū, ſiue Caſtaldum, & Iudicem, vbi [f] Gloſſa ait; Aduocatum dici, qui præeſt rantùm cauſis tractandis, qui aliàs dicitur Syndicus: Caſtaldum verò qui habet curam externarum rerum. Reperies quoque apud Iureconſultos idem eſſe defenſorem, atque procuratorem: extat enim in corpore Iuris tit. [g] de Procuratoribus, & Defenſ. inſcriptus. Gregorius Magnus de Defenſoribus Eccle-

Eccleſiæ defenſores. Bar. an. 286

d Cauſ. 1. q. 3 can 2. In ſingulis.

e Cauſ. 1. q. 3. can. 8. Saluator.

f Gloſ. ibid.

g ff. Vet. tit. 3. lib. 2.

E ſiæ in

h Lib.4.ep. 25. ſitæ in epiſtola ad Vincomalum hæc habetur. [h] Eccle-
ſiaſticæ vtilitatis intuitu id in noſtro ſedit arbitrio, vt ſi
Eorum qualitates, & munera. nulli conditioni, vel corpori teneris obnoxius, nec fui-
ſti Clericus alterius ciuitatis, aut in nullo tibi Canonum
obuiant ſtatuta officium Eccleſiæ defenſorum accipias,
vt quidquid pro pauperum commodis tibi à nobis in-
iunctum fuerit incorruptè, atque viuaciter exequaris.
Scholæ etiam defenſorum meminit, quam eſſe cenſeo
illam, quæ ab ipſomet Gregorio fuerat inſtituta, de
qua in epiſtola ad [i] Bonifacium primum defenſorem, in
i Lib.7.ep. 17. qua conſtituit, vt defenſores ſeptem exiſterent, qui Re-
gionariorum Notariorũ, ac Subdiaconorum priuilegijs
vterentur, quoniam in cauſis Eccleſiæ, & obſequijs Pō-
tificum laborabant. Ex quibus & qualitates & munera
defenſorum Eccleſiæ innoteſcunt.

Perſeuerat adhuc in Eccleſia Romana horum defēſo-
rum Eccleſiæ munus, etſi nomen adepti ſint nouum
Aduocatorum Cōſiſtorialium, vt eruditè, ac doctiſſimè
demonſtrat Petrus Franciſcus de Rubeis, eorundem
Aduocatorum Decanus in ſuo tractatu de ea re nondum
edito.

Defenſores Eccleſiæ poſtremò dicti ſunt etiam mili-
Milites defenſores. tes, immò & Magni Reges, vt [k] patet de Carolo Rege
k Bar. ann. 761. Francorum, qui & ſacramento in huiuſcemodi munere
ſuſcipiendo adſtringebantur, & benedictione fulciebban-
tur. Extat eius forma in Ordine Romano, ſub tit. Or-
do ad armandum Eccleſiæ defenſorem, vel alium mili-
tem. Præclariſsimum, ac nobiliſſimum defenſionis fi-
dei nomen adeptus fuerat nouo muneris, & honoris ge-
nere Rex quidam. Sed citò cecidit Lucifer, qui manè
oriebatur, factus eiuſdem fidei deſertor, euerſor, ac
proditor, falſo nomine protector, tracta ſecum magna
parte ſtellarum.

Ab Eccleſiaſticis verò antiquitatibus defenſores ciui-
Ciuitatum defenſores. tatum non ſunt abigendi, & ſi laicus ſit Magiſtratus,
quandoquidem ad eos eligendos ex conſtitutione Theo-
doſij, præter ciues, & curiales, etiam Clerici, atque

ipſimet Epiſcopi adhibebantur. Defenſores, ait [l], ita præcipimus ordinari, vt ſacris Orthodoxæ religionis imbuti myſterijs Reuerendiſsimorum Epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium decreto conſtituantur, de quorum ordinatione referendum eſt ad Illuſtriſſimam Prætorianam poteſtatem, vt eiuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas. Honoratos [m] nominat viros, qui honorem aliquem, ſeu magiſtratum conſecuti fuerant; Poſſeſſores, ditiores ciues.

l l. Defenſus, C. de defeſ. Ciu.

m Gloſ. ibid.

Inter eorum munera illud erat ad Eccleſiaſticas res pertinens, vt vnà cum Epiſcopis [n] tutores, & curatores ad pupillos, eorumq. bona tuenda, ſi nulli erant, creare poſſent. At præter hæc curabant etiam, ne res cariùs, quàm æquum eſſet, venderentur, ne plebs à potentioribus opprimeretur: Cauſas præterea non ſolùm ciuiles infra certam ſummam, ſed etiam leuiores criminales cognoſcebant. Si quis de his plura requirit, conſulat C. de Defenſ. [o] Ciuit. & Authent. [p] eod. tit. Caſſiod. Variar. [q] Pancirol. de Magiſtr. municip. Quo autem tẽpore fuerit hic magiſtratus inſtitutus, & an antiquior Eccleſiaſtico incompertum eſt, cum apud veteres ſcriptores de ipſo non habeatur mentio. At reſtitutus eſt à Iuſtiniano annis poſt Caium pluſquam ducentis. Defenſor præterea aliquando idem eſt, quod exorciſta. Ita ex Gelaſ. [r] quia defendit corpus à Dœmonibus.

Eorum munera.

n Inſtit. de Attiliã. tut. §. Sed hoc iure.

o C. de defenſ. Ciuit.

p Aut. Col. 2. tit 2.

q li. 7. for. 11. c. 9

Defenſor, idem, quod exorciſta.

r Diſt. 77. c. Monarc.

Fuit etiam defenſor nomen viri, qui plurimùm reſtitit, nè S. Martinus eligeretur Epiſcopus Turonenſis, vt Seuerus Sulpitius teſtatur in Vita ipſius S. Martini.

s Gl. ibid.

Defenſor nomen proprium viri.

Sed ad Sanctum Sebaſtianum reuertamur, ac videamus quomodo ipſe dictus fuit Defenſor Eccleſiæ. Etſi enim miles eſſet, non tamen pro Eccleſia eo tempore armis decertandum erat, etſi veteranus, qui ex lege procurator fieri [t] poterat, (quod militibus alijs nõ concedebatur, niſi quibuſdam in caſibus) eo attamen tempore fouendæ lites non erant iurium apicibus. Potiùs igitur dictus eſt Eccleſiæ defenſor, vel quoniam diuitijs,

; Apud Sur. tom. 6 Die 11. Nouembris.

S. Sebaſtianus quomodo defẽſor Eccleſiæ.

t l. Veterani, ff. de procur. & defenſ.

inopiam Chriſtianorum leuaret: erat enim diues, vel auctoritate ab iniurijs tueretur; erat enim dux primæ cohortis, vt dictum eſt, atque Diocletiano charus, vel potiſſimùm quoniam Chriſtianos martyrio afficiendos conſolaretur, atque confirmaret, quod non ſemel eius acta teſtantur, in quibus hæc præſertim leguntur: *Sebaſtianus ad hoc tantùm ſub clamyde terreni imperij Chriſti militem tegebat abſcóditum, vt Chriſtianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere confirmaret, & Deo redderet animas, quas Diabolus conabatur auferre.*

S. Sebaſtianus defenſor Eccleſiæ etiam poſt mortē. Tit. Ord. ad armād. Eccleſię defenſ. in fin.

Hoc igitur fuiſſe præcipuum Sebaſtiani defenſoris munus agnoſcamus, ac fateamur. Hoc enim maximè viuens præſtare conſueuerat. Verùm poſt martyrium, & mortem eiuſdem, defenſoris Eccleſiæ munere perpetuo fungentem agnouit, ac ſenſit ipſa Eccleſia Romana. In ordine n. Rom. implorabatur Dei auxilium contra hoſtes Eccleſiæ per merita ſanctorum trium martyrum Mauritij, Sebaſtiani, & Georgij.

De peſte verò ab eodem propulſata ex Vrbe, alijsq. locis anno 680. extat adhuc nobile memoriæ monumẽtum: Altare, ſcilicet in Eccleſia S. Petri ad Vincula diuina reuelatione excitatum, in quo eiuſdem Sancti Sebaſtiani imago ſenili aſpectu, & barba conſpicitur. Rei verò geſtæ teſtis eſt Paulus Diaconus lib. 6. cap. 5. Indè verò S. Sebaſtiani in peſte propulſanda, alijsq. malis depellendis virtutem omnes agnouiſſe fateberis, ſi animaduertas, nullam eſſe antiquam Eccleſiã, nullum ferè ſacellum, nullam tabulam abſque S. Sebaſtiani imagine. Noſtra verò ætate ſanctum Carolum Borromęum in grauiſſima peſte Mediolanenſi defenſoris opem imploraſſe [t] reperies.

[t] Pet. Giuſſar. in Vita S. Carol. lib. 4. c. 5. an. 1576.

S. Sebaſtianus defenſor fidel defunctorum

Quid ſi dicamus S. Sebaſtianum vti olim ſalutis viuentium, ſalubritatisq. ac pacis ipſorum, ita etiam animarum fidelium defunctorum in purgatorio exiſtentiũ patronum eſſe, ac defenſorem? Quid enim ſibi volunt ſolemniores illæ preces ſuauibus Eccleſiaſticis canticis,

præclaris concionibus, pro defunctis inſtitutæ, quæ qualibet ſecunda feria horis veſpertinis) celebrãtur frequentiſſimo populi concurſu, ac præcipuè nobilium, & deuotarum matronarum frequentia in Eccleſia S. Andreæ de Valle in Vrbe apud religioſos Patres Clericos Regulares Theatinos in nobiliſsimo ſacello S. Sebaſtiani à Sanctiſs. D. Noſtro VRBANO ante Pontificatum erecto? Aderat olim ibi ſua ædicula S. Sebaſtiani nomine dicata ad ſeruandam loci memoriam, vndè Sancti Martyris corpus à Lucina Matrona, ipſo reuelante, ſublatum eſt. At præter antiquiſsimam de loco ipſo traditionem, eruditorum virorum auctoritate roboratam, attentè legas, amabo te, maieſtate decoram ſequentem inſcriptionem.

SANCTVS SEBASTIANVS
MILES. CHRISTI. FORTISSIMVS.
SAGITTIS. DIOCLETIANI. IVSSV. CONFIGITVR.
VIRGIS. CÆDITVR. IN CLOACAM DEIICITVR.
INDE. A. LVCINA. MATRONA. ROMANA
EIVS. IN SOMNIS. MONITV
EXIMITVR.
ET. IN. CALLISTI. COEMETERIO
CONDITVR.
FACTI. INDICEM. PLEBS. OLIM. VENERABVNDA
ÆDICVLAM. EXCITAVIT.
CVIVS. HIC. NVPER. ALTARE. MAIVS
CVM. APSIDE. STETIT. HANC. SIXTVS V. P. M.
EA. LEGE. ÆQVARI SOLO. PERMISIT. VT ILLIVS
PARS. NOVÆ. ÆDIS. AMBITV. INCLVDERETVR.
AD. RESTITVENDAM. LOCI. RELIGIONEM
REIQ. MEMORIAM
MAPHÆVS S. R. E. PRESBYTER
CARD. BARBERINVS
SIGNATVRÆ. IVSTITIÆ. PRÆFECTVS
HOC. VOLVIT. EXSTARE. MONVMENTVM.
ANNO. SALVTIS. CIↃ. IↃ. CXVI.

Ex huiuſmodi in S. Sebeſtiani memoriam ſacris, ac nobilibus obſequijs conijcio, ac profeto: Sanctum Sebaſtianum eſſe ſummi Pontificis VRBANI VIII. defenſorem, atque patronum: huius aſſertionis illam affero notam, mihi ſanè probatiſſimam. Meditabatur Diabolus anno Do.1625. qui ob Iubileum ſacer erat, peſte, ac bello cunctam perdere Italiam, Vrbē euertere, Catholicam ipſam Eccleſiam, Fidem, Religionem proſternere. Imminebat .n. Italiæ peſtis ex Sicilia, quæ Panormitanam præcipuè Vrbem depopulabatur. Bellum apparuerat inteſtinum, quo ipſamet Italiæ viſcera depaſcebantur. Hæretici totius Orbis, firmiſſimo ſtatuto fœdere, collatiſq. viribus omnia ſibi breui tempore ſubijcienda profitebantur. At è contra meditabatur Vrbanus aliam Sancti Defenſoris memoriam eius martyrio, vel morte olim nobilem, ſed caſibus Vrbis in profanos vſus mancipatam antiquæ reſtituere ingenuitati. Ea eſt antiqua Eccleſia S. Mariæ in Pallari in monte Palatino, in loco, in quo S. Sebaſtianum, vel ſagittis petitum, vel fuſtibus cęſum ferunt.

Adfuiſſe Vrbano, tum Vrbi, nobiſq. omnibus fortiſſimum Defenſorem quis neget? Peſtis nullam Italiæ attigit oram. Bellum emarcuit, euanuit. Quis victor? qui victi, aut vincti? vbi ſpolia? vbi prædę? ſed & faſciculi impietatis diſſoluti ſunt, Hæreticorum conatus irriti, cętus diſperſi, adeò ſtragibus admirandis attriti, vt coacti dicerent, Chriſtum ex parte Catholicorum ſtetiſſe, ac factum eſſe Papiſtam.

18 Subdiaconi, & Clerici a quo Romæ ordinarentur.

18. *Subdiaconos fecit*. De Epiſcoporum, Presbyterorum, atque etiam Diaconorum ordinationibus à Pontificibus Romanis peragi ſolitis adeſt in omnibus Anaſtaſij teſtimonium. At de Subdiaconatu, atque de alijs minoribus Ordinibus nihil hactenus dictum inuenitur. Quare dubitandum videtur, an ipſi Summi Pontifices minores Ordines conferrent, an alijs conferendi munus demandarent. Cùm autem poteſtas hæc cōferendi Ordines ad Epiſcopum pertineat, neque adeò

magnus

magnus eorum tunc [eſſet numerus, qui in clerum cooptarentur], vt in eorum ordinatione defaticatus Pontifex alijs aliquando muneribus impar reddi poſſet, neque alij Epiſcopi Romæ perpetuò adeſſent, ſed proprijs incumberēt gregibus, ipſummet Summū Pontificem frequentiùs minores etiam Ordines conferre ſolitum fuiſſe dicendum videtur. Id verò, vt per ſe notum, vel minoris momenti exiſtimatum ab Anaſtaſio, ac ab alijs prætermiſſum.

29. *Caſtulum Zetarium*. Zetarij dicebantur, qui præfecti erant zetis. Zeta verò erat locus capax vnius lecti, cum duabus ſellis, qui velis obductis, & reductis modò adijcebantur cubculo, modò auferebantur: erat, inquam cella mobilis ex cortinis confecta, in qua lectulus &c. Plures huius vocis ſignificationes apud ſcriptores reperies, præcipuè apud Ioan. Mariam Cataneum in Plin. lib. 2. epiſt. 17 Cel. Rod. lect. antiq. lib. 12. cap. 18. Auct. antiquit. conuiualium lib. 2. cap. 14. Nicol. Perot. &c. In impreſsis Codd. loco zetarij aliquando legitur Dietarij, & apud Plinium non zeta, ſed dieta appellatur. Zeteculam habet Sidon. Apol. dicens. † Qui ſupradicto potes vti libello, vt ea non ampliùs zetecula tua, quàm memoria comprehendat. Quo in loco non bibliothecam ſignificat, vt aſſerūt quidam, ſed exiguum, ac remotum cubiculum, in quo quiſpiam degens lepidos habeat ſecū aliquando libellos ad animi oblectamentum, diemq. iucundiùs traducēdum comparatos. Ioan. Sauarius in notis ad Sidonium ex antiqua lapidis inſcriptione zothecam legendum cenſuit, ea eſt huiuſcemodi.

Zetarij qui. Zeta quid.

†li. 9. ep. 11

Ex Catan.

lib. 8. ep. 16

Zotheca

HERCVLI. SAXANO
SERVIVS. SVLPITIVS. TROPHIMVS
ÆDEM. ZOTHECAM
CVLINAM. PECVNIA. SVA
A. SOLO. RESTITVIT.

Inſcriptio habetur integra apud Grut. p. 49. n. 3.

Dicta fortaſſe zotheca, quaſi vitalis theca, in qua ſcilicet homo quieti indulgens ita degat, vt in thecis ſemina. Conſonat & dietæ nomen, quod cum propriè naturalẽ victus rationem optimè inſtitutam ſignificet, translatum eſſe videtur ad ſignificandum etiam locum, in quo quis priuatæ commoditati inſeruiens vitam ab animi perturbationibus, corporiſquè in commodis ſemotam ducat. Immò ad ſignificandas conſultationes, quas ad bonum Reipublicæ tuendum magni Principes habere ſolent, vſurpatur. Erat verò & zeta locus apud Athenienſes, in quo verſabantur, qui ad pacem inter ciues ſeruandam de criminibus inquirebant. fuit aliquando zeta nomen viri Magiſtri militum per Armeniam, ad quem reperitur ſcripta Iuſtiniani † epiſtola.

Dieta, ratio, victus.

Locus in quo quiete viuitur.

Conſultationes de adminiſtratione Imperij.

Locus Athenis.

Nomen viri.

†C. De off. mag. milit. l.5. in rubr.

30. *Acta S. Suſannæ.* Extant hæc acta S. Suſannæ apud Surium tom. 4. ad diem 11. Aug. ſtylo nonnihil expolito. Habet eadem Mombrit. to. 2. rudiora. Nos antiquitate ſeruata ex Mombritio ea accepimus, ac nonnullis in locis emendauimus ex antiquis manuſcriptis, ac præcipuè ex Codice S. Mariæ Maioris de Vrbe. quoſdam verò textuum differentias adſcripſimus margini, ex eodem Codice præſertim deſumptas.

30 Acta S. Suſannæ ex Mombrit.

31. *Eam petijt Maximiano filio ſuo.* Maximino habent aliqui m. ſ. ſed legendum Maximiano. Quis verò fuerit hic Maximianus accipiendum eſt. Scito igitur, Diocletianum circa annum Imperij ſui tertium elegiſſe ſibi collegam Maximianum, quem Herculeum appellauit, cum ſe ipſum Iouium diceret. At poſt annos aliquot electi fuere ab eiſdem Cæſares duo. Maximianus enim Herculeus adoptauit ſibi filium Conſtantium Chlorum Conſtantini Magni patrem, vxoremq. eidem tradidit Theodoram ipſius priuignam, ob quam Helenã Conſtantini matrem repudiare coegit. Diocletianus verò adoptauit Maximianum filium Galerium Armentarium appellatum, eidemq. tradidit Valeriam filiam vxorem, at ea non multo poſt defuncta, ipſi Suſannam

Maximianus Galerius qui Suſannã vxorem cupiebat.

matri-

matrimonio coniungere fruſtrà conatus eſt. Hic igitur ſecundus Maximianus, qui Galerius Armentarius appellabatur eſt ille, de quo hoc loco agitur, non Herculeus, de quo in principio actorum S. Suſannæ.

31. *Cognoſcit Sanctitas veſtra.* Etſi hoc tempore ſolius Romani Pontificis ſit titulus iſte; dum ad dignitatem refertur, fuiſſe olim commune omnium Epiſcoporum innumera docent exempla, quibus Sanctiſſimos, ac Beatiſſimos appellatos reperies. Sāctitatis titulo alios Epiſcopos ipſemet Romanus Pontifex aliquando cohoneſtat. Nam Deuſdedit Papa Gordiano Epiſcopo Hiſpalenſi ſic ſcribit. Peruenit ad nos Diaconus ſanctitatis veſtræ epiſtolam deferens. Ad ſignificandam verò illorum, ad quos ſermo dirigitur, excellentiam, vel dicentis in illos reuerentiam apud Gentiles circa hæc Caij tempora ſanctos Patres quoſdam appellatos reperies: duo huc afferam teſtimonia ex Vopiſco in Floriano. Primum eſt huiuſmodi. Antonio Iuſto patri Antronius Tiberianus ſalutem. Nunc te Pater ſancte intereſſe decuit Senatui Ampliſſimo. Alterum eſt: Claudius Capilianus Cereio Metiano patruo ſalutem: Obtinuimus Sancte Pater quod ſemper optauimus. &c. Sanctiſsimos verò fuiſſe appellatos etiam Ethnicos [a] Imperatores vetera docent monumenta, etſi moribus praui eſſent: religionis enim ratione ita dicebantur, quod ſcilicet Deorum munere, ac benificentia hominibus dati, præfectiq. viderentur.

Pontifex Romanus appellatur Sanctus.

Cauſ. 30. quæſtio. 2. Can. 2. An. 617.

Gentiles appellati aliquando Sancti Patres.

Circa ann. Dom. 279.

Imperatores Ethnici Sanctiſſ. appellati cur.

a Bar. to. 2. ann. 260.

33. *Inquiſitionem quæramus.* Vnus eſt hic ex ritibus baptiſmi (quod ſcrutinium appellant) adultis præcipuè perneceſſarius. Cum enim baptiſmus non ſolùm contra originale peccatum ſit inſtitutus, ſed etiam contra actualia, quæ ex cuiuſq. voluntate prodeunt. Ideò ſemper neceſſarium fuit, vt non ſolùm, qui baptizari cupiunt ſuam aperiant voluntatem, ſed etiam vt eādem ſedulò inquirant miniſtri. In ſolemni igitur, ac publico adultorum baptiſmo, inſtituta fuere plurima ſcrutinia, in quibus poſt datum Chriſti nomen, non ſolùm inten-

Scrutinium ante Baptiſmum, eius neceſsitas, & antiquitas.

intentio, ac propoſitum, ſed etiam mores, atque profectus baptizandorum inquirebantur, vt conſtat ex Ordine Romano, alijsq. Romanis Ritualibus. Agit de his præcipuè Durandus in Rationali diuinorum officiorum; & Ioſeph Vicecom. in tract. de Antiq. bapt. ritib. Quæ autem in publico baptiſmo ritu ſolemni fiunt, aut olim fiebant, nō prætermiſſa fuiſſe in priuato doceti pſa rei neceſsitas, atq. hoc ipsū S. Caij exemplū, aliaq. plurima, ex quibus & eiuſdem ritus antiquitas deprehēditur.

Durand. lib. 6. c. 56. Vicecom. lib. 3. c. 21.

Cubatio in cinere ante baptiſmum

34. *Eodem die proiecit ſe in terram*. Non hęc ſpontè à Claudio proceſsiſſe, ſed à Caio illi præſcripta fuiſſe exiſtimo. Pertinent enim ad alium baptizandi ritum, ad pœnitentiam, ſcilicet, Catechumenorum, quæ multiplex erat, vt infra videbimus. At de ritu aſpergendi ſe puluere, ac cinere, atq. iacēdi ſuper terram teſtimonia à Caij tempore non remota afferre poſſumus. In actis S. Silueſtri Papæ, de pœnitentia Conſtantino indicta ante baptiſmum iſta leges: Oportet ergò te priùs ieiunare ò Imperator, & Deum placare lachrymis, quæcunque peccaſti, confitentem. Depone ergò purpuram & diadema ſeptem diebus, & tuæ regiæ penetrale ingreſſus, clauſis ianuis in ſacco, & cinere humi iacens in luctu age pœnitentiam. Et in vita Sancti Donati Epiſcopi inuenitur huiuſmodi imperata pœnitentia Syrannæ mulieri, quæ Chriſto nomen dederat, ac baptiſmum petierat; legitur enim de ea: Indixit ei ieiunium, & vt humiliaretur in cilicio, & cinere, & ſic deindè catechizauit, & baptizauit tàm ipſam, quàm filium eius; & hæc quidem de eiuſmodi pœnitentiæ genere, qua expleta admittebantur ad catechiſmum, vt ex allatis patet, atque etiam ex ijs, quæ hìc dicuntur de Claudio; poſt pœnitentiam enim dicitur de eo: Tunc fecit Caius eum Catechumenum.

Apud Sur. 31. Deceb. an. 324.

Apud Sur. 7. Anuguſt. ann. 361.

Medicina Catechumenorum, ſal benedictum.

35. *Et dedit ei medicinam*. Paulò infrà in his actis dicitur: Caium ipſum Claudio, eiuſq. vxori, ac filijs, cum eos admiſiſſet ad catechiſmum dediſſe medicinam ſapientiæ. Suſpicari quis poſſet medicinam pro ſalutari

doctri-

doctrina,† & eruditione acceptam eſſe. Quare dicẽdum videretur, Medicinā ſignificare pręcipuè Symbolū Apoſtolorum, quod Catechumenis ediſcendum tradebatur, poſt pęnitentiā. Memoria etiā repetendā in act. S. Sebaſtiani ſuprà relatis: Tiburtium Oratione Dominica, & Symbolo vſum eſſe pro medicina animæ,& corporis ad curandū illū, qui ex alto ceciderat. Sed ſolidiùs definiẽda res eſt ex ipſis baptiſmi ritualibus, in quibus medicina nihil aliud ſignificat, niſi ſalẽ benedictū ante baptiſmum in os Catechumeni immiſſum. In oratione, quæ præcedit ſalis benedictionem, hæc leguntur. † Aperi ei Domine ianuas pietatis tuæ, vt ſigno ſapientiæ tuæ imbutus &c. in ea verò, qua benedicitur ſal hæc reperies. Proindè rogamus te Domine Deus noſter, vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ſanctifices, & benedicẽdo benedicas, vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina. Et in ipſa ſalis immiſsione in os, dicuntur hæc: Accipe ſalem ſapientię propitiatio ſit tibi in vitam ęternam. In quadam verò rubrica adultorum hæc dicuntur: Quod ſi Catechumenus fuerit Gẽtilis, ſeu ex Idololatris venerit ad fidem, benedicto ſale priuſquam eius medicinam guſtet, Sacerdos addat ſequẽtem orationem. Eadem ferè reperies apud S.Gregorium. † Non igitur ſalutarem ſcientiam hoc loco ſignificat medicina, ſed ſignum ſapientiæ, vt vidimus, non ſymbolum fidei, ſed ſymbolum ipſius ſymboli; Salem, inquam, benedictum ſapientiæ ſymbolum. Hinc diſcimus hunc ritum exhibẽndi ſalem ante baptiſmum eſſe antiquiſsimum. Agunt enim de ipſo hæc acta ſub nomine Medicinæ, vt de re notiſſima, vſuq; receptiſſima, vt non ad alios, quàm ad Apoſtolos hic ritus ſit referendus. Quare an Burgūdis in Aquilonaribus partibus ſit iſte ſalis vſus in Catechiſmo tribuendus auctoris teſtimonium ego, tu verò iudicium proferas. Eius hæc ſunt verba. Hæc enim cum ab omnibus ferè Eccleſijs Chriſtiani Orbis, tum præcipuè à Burgūdis Sequanis, penes quos ſunt celeberrimæ ſalinæ, quas ſupra memorauimus, valdè religioſè ob-

† Apud Sur. in not marginalibus.

† Ritu. R8. Pauli V. iuſſu editum Romæ ann. 1615.

† Li. Sacramentorum De ordine bapt.

Bernardus Gomeſ. De Sale lib. 5. num. 18.

ſè obſeruantur. Hi nãq. fuere primi Aquilonariũ, qui infantes ſuos mox ſacro fonte abluendos hoc ipſo luſtrali ſale a Parochis ſaliri curarunt. Vndè non à copioſiſsimo eorum ſale, vt nonnulli autumant, ſed ab hac ſacra ſalitura in eorum confinibus ortum fuit prouerbium, in ipſos vulgò Gallicè iactatum, quod eſt latinis redditum: *Burgundus Salitus*. Quam ſanè interpretationem, atq. prouerbij etymon Illuſtriſs. atque facundiſsimus Cardinalis Antonius Granuellanus idem quoq. Burgundus nuper Romæ mihi inter prouerbij ſalis ſummo loco annumerandum obtulit.

Baſterna quid. 36. *Aſcendit caueam Baſternæ*. Vehiculi genus, vt ſella, aut lectica, de quo [b] Godefrid., & Cuiac. [c] à verbo Græco βαςάζω, quod eſt, Porto, vndè & Baſtaga, ideſt tranſuectio, ſed corruptè à βάςαγμα, quod geſtamen, & onus ſignificat, & Præfecti Baſtagarum in Not. Imperij in comite largitionum, & rerum priuatarum tàm Orientis, quàm Occidentis: erãt enim Præfecti ijs, quibus incumbebat cura transferendi onera armorum, mercium, & aliarum rerum.

b Godef. in Cod. de edif. priuat. l. ex quo litteræ l. c Cuiac. lib. 13. obſeruat. c. 3. tom. 4.

Benedictio aquæ bapt. 37. *Et afferens aquam benedixit*. Benedici aquam conſueuiſſe etiam in priuatis baptiſmis ex alijs didicimus, vt ex actis S. Calliſti in baptiſmo Palmatij, vbi dicitur: Tunc [d] indixit ei Calliſtus ieiunium vnius diei, & catechizauit eum, allatamq. aquam ex puteo eiuſdem domus benedixit, repoſitoq. in peluim Palmatio, dixit &c. & in baptiſmo Nemeſij in actis S. Stephani Papæ [e] Cum autem veniſſet hora veſpertina, benedixit aquæ in loco, quem Paſtoris titulum vocatum fuiſſe diximus. Idem in actis S. Laurentij Martyris [f] in baptiſmo Lucilli; & paulò iterum in baptiſmo Hippolyti; & poſt Caium in actis S. Marcelli [g] cum à Cyriaco Diacono baptizatur Iobia Regis Perſarũ filia hęc leguntur: Et fecit eam catechumenam more ſolito, & catechizauit eam, & allata aqua depoſuit eam nudam in concham argenteam, & benedixit aquam. Hæc ſatis de benedictione aquæ in baptiſmis priuatis. Quæ enim de aquæ bene-

d Sur. 14. Octobr.

e Sur. 2. Aug.

f Sur. 10.

g Sur. 16. Ianuar.

benedictione tradit Dionyſius Areopagita ad ſolemnem baptiſmum certum eſt pertinere. De Eccleſ. Hierarch. cap. 4.

38. *Stans nudus*. Plura ſeſe offerunt obſeruanda in baptiſmo Claudij & aliorum hoc loco, ex quibus antiquos baptiſmi ritus cognoſcere poſſumus; eiuſmodi ſunt, Claudium rectũ ſtetiſſe, non genuflexum, alioue ſitu. Secundò nudum, à qua conſuetudine neque mulieres fuiſſe immunes docent, quæ proximè diximus de Iobia. Tertiò collatum eis fuiſſe ſtatim ſacramentum confirmationis. Quartò adfuiſſe baptiſmi ſuſceptorem ac patrinum. Quintò Sacramentum ſanctiſsimè Euchariſtiæ eiſdem mox impartitum poſt ſacrum peractum. Hæc verò omnia ab antiquiſsimis Apoſtolorum temporibus orta, vſque recepta fuiſſe docet nos idem h Dionyſius, qui hæc omnia breuiſsimè attigit. h loco cit.

39. *Hoc eſt lactis, & mellis fontem*: Significare videntur hæc verba ſacratiſsimam Euchariſtiam eſſe ſpiritualealimentum optimum, atque ſuauiſsimum, vti re vera eſt: attamen non is eſt huius loci ſenſus. In actis eiuſdem apud Surium hæc leguntur. Obtulit verò, Caius, pro illis ſacrificium in eadem domo, & conſecrauit Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & lac, & mel, & fontem, participauitq. cum omnibus myſterium Dei. Sed hæc indicare videntur, & hæc ipſa, quæ dicuntur conſecrata ſimul fuiſſe cum Euchariſtia. At, cum hoc nullo modo admittendum ſit, dicendum eſt, his verbis ſignificari alium baptiſmi ritum illorum temporum, à Caio non prætermiſſum, præbendi ſcilicet lac, & mel ſimul in vaſe permixta poſt baptiſmum, ad infantiam baptizatorum ſignificandam, ac ſuauiſsimam coniunctionem charitatis, & pacis inter fideles deſignandam. Quare legendum eſſet: & lactis, & mellis fontem benedixit, participauitq. Sed nè temerè hæc dicta videãtur, en huius ritus nõ infirma teſtimonia. Primùm accipimus ex Tertull. qui agens aliquãdo de baptiſmi ritibus i ait: Deindè ter mergitamur indè ſuſcepti lactis, & mellis ſocietatem prægustamus. Lactis, & mellis exhibitio poſt baptiſmum i Tertul. de Corona militis c. 3.

Et

k Aduerſ. Marcian. cap. 14.

Et aduerſus Marcionem, k dum Eccleſiaſticas traditiones tuetur inquit: Sed ille quidem vſque nec aquam reprobauit Creatoris, qua ſuos abluit, nec oleum, quo ſuos vngit, nec mellis, & lactis ſocietatem, qua ſuos infantat. Tertulliano addamus Hieronymum l eadem confirmantem. Multa alia, inquit, quæ per traditionem in Eccleſijs obſeruantur, auctoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deindè egreſſos lactis, & mellis prægustare concordiã ad infantiæ ſignificationem. At loco mellis aliquando vinũ ad idem tamen ſignificandum admiſceri, conſueuiſſe idem tradit in Iſaiam ſcribens, vbi ait: Prouocat nos Iſaias non ſolùm vinum, vt emamus, ſed & lac, quod ſignificat innocentiam paruulorum, qui mos & typus in Occidentis Eccleſijs hodiè vſque ſeruatur, vt renatis in Chriſto vinum, lacq. tribuatur. Seorſum verò ab Euchariſtia hæc benedicenda fuiſſe accipiendum eſt ex Concil. illo Carthag. quod tertium appellatur, ac celebratum eſt Siricij Papæ tempore. In eo enim reperitur iſte Canon. Vt in ſacramentis Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua mixtum, primitiæ verò, ſeu lac, & mel, quod vno die ſolemniſſimo pro infantum miniſterio ſolet offerri, quamuis in altari offeratur, ſuam tamen habet propriam benedictionem, vt à ſacramento Coaporis, & ſanguinis diſtinguatur.

l Hieron. aduerſ. Lucifer.

In Iſaiam c. 55. 1.

Conc. Carthagin 3. can. 24. an. 397. De Cõſecr. diſt. 3. In Sacram.

Legitur huiuſcemodi benedictio in Ordine Romano præmiſſo titulo. Benedictio lactis, & mellis. Oratio. Benedic Deus has creaturas lactis & mellis, & pota famulos tuos fonte perenni, qui eſt ſpiritus veritatis, & enutri eos de hoc lacte, & melle. Tu enim Domine promiſiſti patribus noſtris Abrahæ, Iſaac, & Iacob, dicens: Introducam vos in terram repromiſsionis, terram fluẽtem lacte, & melle. Coniunge Domine famulos tuos ſpiritu charitatis, & pacis, ſicut coniunctum eſt hoc lac, & mel in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Benedictio lactis, & mellis. Ordo Rom. tit. Ordo in die ſancto Paſch. ſm Roman.

Comi-

40. *Comitem rei priuatæ*. Magiſtratus erat Palatinus, ad quem ſpectabat cura rerum, quæ erant Imperatoris proprię, de quo in Notitia Imper. & C. de off. com. rer. priuatarum. Comes rei priuatæ quis.

41. *Ago pœnitentiam, quia audiui præceptum Principis*. Vel ratione cuiuſpiam muneris hęc agebat Claudius, vt fortè Vrbanæ præfecturæ, ad quam criminum plectendorum cura ſpectabat, in quibus maximum cenſebatur peregrinæ religionis inuectio, vel potiùs ratione peculiaris delegationis: nitebatur enim Diocletianus Chriſtianam religionem penitùs deſtruere. Quid igitur mirum ſi plures, ac præcipuos viros, ſibiq. fideles ad hæc delegiſſet? Claudius an Præfect. Vrbi.

42. *Indixit Maximo ieiunium*. De conſuetudine ieiunandi ante baptiſmum quædam diximus ſupra: cũ egimus de ritu cubandi in cinere. Nunc ijs quædam addenda ſunt. Ieiunandi cõſuetudo ante bapt.

Primùm eſt: Non fuiſſe præmiſſum baptiſmo ieiunium ab initio ſemper & in omnibus, quod conſtat ex baptiſmo [b] Eunuchi Candacis Regınę, vt in Act. Apoſt. & Cornelij Centurionis, [c] ac ſociorum. b Act. Apo. cap. 8. 18. c Cap. 10. 48

Itéq. ex baptiſmo illorum, [d] qui baptiſmo Ioannis baptizati fuerãt, quos Paulus baptiſmo Chriſti baptizauit, qui omnes ſtatim baptizati fuere. Sufficit enim ex parte hominis ad effectus baptiſmi conſequendos internus dolor, ac pœnitentia præteritorum criminum, atque ſanctioris vitæ electio, & ſtudium, ex quibus inchoatur ad Chriſtum vnio, quæ perficitur in baptiſmo, in quo omnia mundantur, & renouantur. Quicunque enim baptizati ſumus, in Chriſto Ieſu baptizati ſumus, conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. d Cap. 18. Cap. 19. 5. a Rom. 6. 3

Secundùm eſt. Adhibitum eſſe poſterioribus temporibus ieiunium, aliaq. pietatis, ac pœnitentiæ externa opera, vt neceſſaria ante baptiſmum pluribus ex cauſis: primùm quidem propter eos, qui ad baptiſmum accede-

accedebant: vt ſcilicet in operibus iuſtitiæ exercerētur, eaq. ratione ad baptiſmum præpararentur. Deindè vt ſigna conuerſionis internæ per actus externos exhiberēt, ex quibus iudicium ferre poſſent illi, qui ipſos baptizare, vel ex baptiſmo ſuſcipere debebāt, nè falſi fratres, vt inter agnos lupi, admitterentur, quod non rarò eueniebat, frequentiùsq. eueniſſet, niſi hæ cautiones fuiſſent adhibitæ. Denique propter aliorum exemplum; ne quis facilè ad petendum baptiſmum falsò accederet, cum videret ad baptiſmum properantes priùs diuitias erogare, gloriam contemnere, corpora affligere, humana omnia ſpernere, vitamq. ipſam plurimos ante baptiſmum pro Chriſti nomine profundere.

Tertiùm eſt. Nullo dierum numero ieiunij tempus vnquam fuiſſe definitum, ſed ſolùm arbitrio miniſtrorum fuiſſe decretum: vndè quibuſdam vnius diei ieiunium fuit indictum, vt Palmatio [a] in Act. S. Calliſti. Alijs trium, vt Chromatio [b] in Act. S. Sebaſtiani: Alijs ſeptem, vt Conſtantino [c] Imperatori in act. S. Silueſtri. Alijs verò plures vſque ad quadraginta, & vltra. Tiridates enim Armeniæ Rex expleto triginta dierum ieiunio cum ſuis baptizatus eſt, ſed populo indictus ſexaginta dierum numerus fuerat: vt in actis [d] S. Gregorij Magnæ Armeniæ Epiſcopi legitur.

[a] Apud Sur. 14 Octob.
[b] Sur. 16. Ianuar.
[c] Sur. 3. Decemb.
[d] Sur. 30. Septembr.

43. *Amicum ſuum Traſonem*. Agitur de Traſone [e] in act. S. Marcelli Papæ, cius memoria recolitur die vndecima Decemb. vt in Martyrolog. Rom. De Cœmeterio S. Traſonis ad S. Saturninum agit Panu. num. 42. via [f] Salaria.

[e] De Traſone Scriptore actuum mart.
[f] Apud Sur. 16. Ian

Adiutor Comitis rei priuatæ.

44. *Adiutore comitis rei priuatæ*. Vicario, ſeu ſubſtituto. In Notita Imper. [g] dicitur Primicerius totius officij tam in Imperio Orientali, quàm Occidentali: Ab Imperatore Primicerius adiutor aliquando dictus reperitur [g] vt hinc intelligas Primicerium eſſe nomen appellatiuum deſignans numerum, vt Secundicerium, Tertiocerium, &c. etſi ſæpè ſubſtantiui vicem gerat.

[g] In not. titul. prop Primiceri. l. Primicer. C de off. Præf. Vrb.

Ciuitas Chomos.

45. *In Ciuitatem Chomos*. Cum ex Mart. Roman. atque

atque alijs, immò ex his ipſis actis hoc loco, certiſſimum ſit hos martyres paſſos eſſe apud Ciuitatẽ Oſtienſem, vel nomine Chomos Oſtiam ſignificari, vel locũ illi proximum neceſſe eſt. Ciuitatis nomine ſuburbana aliquando venire in huiuſmodi ſanctorum actis paulò infrà monſtrabimus. At cum hoc nomen Chomos latinum non ſit, ſed Græcum eſſe videatur, ac ſignificare præcipuè aggerem; ſi Oſtia, vel pars quæpiam circa ipſam valido quopiam aggere cõtra maris, vel Tiberis impetus munita aliquando fuit, vt veriſimile eſt, appellari eo nomine locus ille facilè potuit. Nili enim aggeres Chomata vocantur ab Vlpiano. In Ægypto, ait, qui Chomata [a] rumpit, vel diſſoluit (hi aggeres ſunt, qui ſolent aquam Niloticam continere) æquè plectitur extra ordinem. Hæc ipſe. His igitur ſignificari videtur, ſanctos martyres fuiſſe perductos in ſuburbanum, quod dictum eſt Chomos, quod in eo eſſet præcipuè agger aliquis, eo tempore fama notiſsimus, per excellentiam ſic appellatus; ſignificat præterea χῶμα ſepulcrum, ac tumulum ob aggeſtam ſuper cadauera terram: forſan verò circa Oſtiam plurima erant Romanorum ſepulcra, vel locus ſepulturæ appellata ea eſt ciuitas, quod ob aeris illius inſalubritatem, plurimi eo loci facilè abſumerentur: at ſi non à χώματος, ſed χῶμῳ dictum velimus, locum compotationum, & commeſſationum ſignificabit, vel fortaſſe locum Baccho dicatum.

[a] l Saccularij, ff. de extrord. Crimin.

46. *In Rheuma iactare.* Quidam legunt in mare. At Martyr. Rom. habet: In flumen, veluti & auctores plerique. Idem & acta hæc noſtra ſignificant. Rheuma enim à ῥέω græco verbo deriuatur, quod eſt fluo, decurro. Proiectas igitur fuiſſe Sanctorum Martyrum reliquias in profluentem, hoc eſt in eam Tiberis partem, quæ ad Oſtienſem Ciuitatem profluit, acta ipſa teſtantur. Sed quid de illis actum ſit, accipiendum ex Mart. Rom. in quo hæc de his leguntur. [b] Apud Oſtia Tiberina ſanctorum martyrum Maximi, & Claudij fratrum, & Præpedignæ vxoris Claudij cum duobus

Rheuma q d

[b] Mart. Rõ. 18 Februa. Max & ſoc. martyrium

filijs Alexandro, & Cutia, qui cum eſſent præclariſsimi generis, iubente Diocletiano tenti ſunt, atque in exilium deportati, deindè incendio concremati, odoriferum martyrij ſacrificium Deo ipſi obtulerunt, quorum reliquiæ in flumen proiectæ, ac à Chriſtianis perquiſitæ, iuxta eandem Ciuitatem ſepultæ ſunt. Ex his primò corrigas Petr. de Natal. ſcribentem, † Maximum capitalem ſententiam accepiſſe, reliquos primũ deportatos, demùm concrematos, cum ex actis, ac martyrologio conſtet omnes eadem paſſos. Secundò Petrũ Galatinum, † qui Primum quendam his addit ex quodã m. ſ. antiquo.

† lib. 3. c. 134.

† In noo. Martyrol. 12. Kalend. Martij.

Geſta ampliſſima, qd

Crucis ſigni ſtſus.

47. *Vt in domo ſua eam geſtis audiret ampliſsimis.* Idem eſt, ac ſi diceretur: vt eam examini ſubijceret diligentiori, ac formaret contra ipſam (quod vulgò aiũt) maximum proceſſum criminalem.

48. *Conſignans pectus ſuum.* Idem paulò infra iterum à Suſanna actum traditur. De frequenti autem vſu antiquorum fidelium ſe ipſum cruce ſignandi eſt locus Tertulliani † non prætereundus. Ad omnem progreſſum, inquit, atque promotum, ad omnem aditum, atque exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, & ſedilia, quacunque nos conuerſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.

† De coro. mil. c. 3. in fin.

Serena Auguſta. Bar. an. 295

49. *Serena Auguſta.* De Serena Auguſta Diocletiani vxore agitur etiam in actis S. Marcelli Papæ, qui ſucceſsit Marcellino anno Dom. 304. Agit de eadem Martyr. Rom. 16. Auguſti. Beda, Vſuardus, Ado. Petrus de Natal. lib. 7. c. 69. Eius nomen nullibi apud Gentiles ſcriptores reperitur, fortaſſe quoniam Diocletiani iuſſu in odium Chriſtiani nominis obliteratum fuerit, atque ex publicis monumentis corraſum, vel quoniam perierint commentaria Claudij Eſtenij de rebus geſtis Diocletiani; & cum ipſis & nomen Serenę apud Gentiles. Quo autem tempore obierit, incertum eſt: ſuperuixiſſe abdicationi Diocletiani neceſſariò dicendum

cendum eſt ex prædictis actis S. Marcelli, cum eius electio contigerit menſibus aliquot poſt Diocletiani abdicationem. Confeſsione verò illuſtrem, mœrore confectam ob diram in Chriſtianos perſecutionem ipſam obijſse tradit Petr. de† Nat. Sed ante Diocletiani abdicationem illam migraſſe, ex ijs, quę à Petro dicuntur aſſerendum eſſet quod prædictis S. Marcelli actis repugnat, quibus maiorem adhibemus fidem; ſed Petrus tribuit Diocletiano etiam, quæ ſecuta ſunt poſt abdicationem, quoniam & poſtea perſecutio ab ipſo excitata perdurauit. Conſtat id de SS. Papia, & Mauro, atq. alijs, quos ait ſub Diocletiano obijſſe cũ tardiùs obierint

† lib. 7. c. 69.

50. *In Cęmeterio Alexandri*. Non quidem conſtructo ab Alexandro, qui fuit ſeptimus Pontifex Romanus, cum nullum ab eo conditum Cęmeterium legatur, ſed in quo eius corpus delatum eſt: etenim martyrium conſummaſſe via Nomentana teſtatur Mart. Rom. 3. Maij: concordat cum eo Anaſtaſius, qui de Alexandro hæc ait. Qui etiam ſepultus eſt via Nomentana, vbi decollatus eſt, ab Vrbe Roma non longè, milliario ſeptimo. At ſeptimo ab Vrbe milliario via Nomentana extitiſſe Cęmeterium ad Nymphas, in eoq. conditũ corpus S. Alexandri tradit Panuin. libello de Cęmet. n. 3. vbi ait: Cęmeterium ad Nymphas in prædio Seueræ via Numentana lapide ab Vrbe inter ſeptimum, & octauum, in quo ſepulta fuerunt corpora SS. Martyrũ Alexandri Papæ, Euentij, & Theoduli presbyterorum, Papiæ, & Mauri militum, Aproniaci Tribuni, & aliorũ. Ex his cõſtat Suſannam in Cęmeterio ad Nymphas primùm fuiſſe reconditam: ſed quo tempore, & ad quem locum inde translata fuerit non omninò certum eſſe videtur. Quandoquidem ipſam Parmæ aſſeruari in propria Eccleſia vnà cum corpore S. Tiburtij, ex illius Eccleſiæ tabulis monuit Ferrarius. At in Eccleſia propria Romæ cum corpore S. Gabinij eius patris eam nunc reperiri ex libris Eccleſiarum Vrbis, atq. ex Gallonio idẽ Ferrarius retulit. Confirmatur ex vetuſto memoriæ

Cęmeteriũ Alexandri.

Cęmet. ad Nymphas.

 monu-

monumẽto, quod legitur apud Pomp. Vgonium deſumptum ex ipſa Eccleſia S. Suſannæ quod hic exhibemus.

Olim Presbyteri Gabini filia felix
Hic Suſanna iacet, in pace patri ſociata:

Vel igitur Parmę ſeruatur pars quæpiam corporis S. Suſannæ, vel illam ab hac Romana diuerſam eſſe dicendum eſt. Cæterùm quoad Cęmeterium ad Nymphas dictum, quod in actis S. Marcelli appellatur ad Lymphas, diuerſum eſſe ab illo loco ad Nymphas dicto aduertendum eſt, de quo in actis SS. Marij, & Marthæ, quorum occaſione hæc reperies apud Baron. locus verò ad Nymphas dictus ad viam Corneliã, & Poruenſem ſitus eſt, qui corrupto nõe hodie dicitur Sancta Nympha vbi antiquæ Eccleſiæ inuiſuntur veſtigia; inſunt & nobiliſsimi ſubterranei aquæductus, vt coniici poſsit ex aquarum abundantia conſecutum eſſe nomen locum illum, vt diceretur ad Nymphas. Hæc Baronius, qui & de vtroque loco egit in Mart. 19. Febr. Sed & Cęmeterium, de quo nunc agimus, ſiue ad Nymphas, ſiue ad Lymphas dictum fuerit, aquis abundaſſe oportet, quod vtrumq. nomen idem ſignificet, quod ibi à S. Petro baptiſmus conferri ſoleret.

16. Ianuar. | 19. Febru. ann. 270. | †Locus aliꝰ ad Nymph. dictus. | In act. San. Marcelli Papæ. 16. Ianuar.

51. *Iuxta Ciuitatem Figlinam*. Appellatus eſt hoc nomine locus extra portam Salariam, de quo in actis S. Laurentij Mart. in fine hæc leguntur: Eodem tempore iuſsit Claudius exercitum armatum in Palatium Saluſtii includi, militeſq. baptizatos ſibi præſentari. Præcepitq. exercitui, vt educerent eos extra muros portæ Salariæ in Ciuitatem Figlinam, vt illic capite plecterentur. Hęc ibi, ex quibus dicendum Ciuitatem Filignam fuiſſe ſuburbanum locum inter viam Salariã, & Nomentanam, ad portę Salariæ dexteram abeuntium Roma, ac ad ſiniſtram Nomentanæ. Has enim vias proximas inter ſe eſſe ſciunt omnes, vniriq. tandem docebat Strabo lib. 5. De via Nomentana hic ait aliquãdo Liu. Nomentana cui tunc Figulnenſis nomen fuit, profecti, caſtra in monte ſancto locauerunt. Pub. Victor

† Liu. lib. 3 dec. 1.

poſt tractatum de regionibus Vrbis addens viarum Romanarum catalogum, ait: Via Nomentana, vel Figulenſis, (emendarunt aliqui Ficulnenſis) fortaſſe legi poſſet Ficulnenſis. Cuiuſdam enim Ficulenſis ſuburbani meminit Cic. dicens: Cras igitur in Siccæ ſuburbano, inde quemadmodum ſuades puto me in Ficulenſi fore. Inter Latinorum oppida, quæ quodam in bello ſimul in Romanorum poteſtatem deuenerunt, numeratur cum Nomento, & alijs, quoddam quod Ficulnea vetus dicebatur, ad quod fortaſſe via eadem ducebat vnde Nomentana, & Ficulenſis diceretur. At ſiue à Ficulneis, ſiue à Figulis dicta ſit via Nomentana, locum tamen Ciuitatem Figlinam appellatum à Figulis ibidem degentibus dictum potiùs fuiſſe veriſimile eſt: ſed cum extra muros portæ Salariæ fuiſſe dicatur, ac Ciuitatis nomine in actis ſanctorum appelletur, non omninò exſibillandus eſſet, qui diceret, Ciuitatis nomine in actis sãctorũ ſuburbana ſignificari, quod ſ. ob ipſorum amplitudinem, ac ciuium in ipſis degentium multitudinem, Ciuitatis nomine appellarentur. Non igitur Ciuitas Figlina quęppiam extitit territorij Romani diſtincta Ciuitas à ſuburbanis, vt videntur aliqui exiſtimaſſe.

Epiſt ol. 33. lib. 12. ad Atticum.

Tit. Liu. lib. 1. dec. 1

Ortel in Theſ. Geograph.

52. *Natale Tiburtij*. Cum hæc ad Suſannæ hiſtoriam minimè pertineat primùm adiecta margini tantũ fuiſſe ſuſpicor, deinde ab illo, qui tranſcripſit textui inſerta. Quæ de Tiburtio dicuntur addita videntur ratione temporis, quod ſcilicet eadem die, etſi non eodẽ anno, martyrium ſubierint die 11. Auguſti Tiburtius, & Suſanna, eaq. die, communi vtrique lectione, eorum martyrium in Eccleſia legitur. Quæ verò de Chryſantho, & Daria adduntur, ratione loci dicta videntur, quod ſcilicet ille, qui hæc ſcripſit, exiſtimauerit idem eſſe Arenarium, in quo leguntur obruti, Chryſanthus, & Daria, & recondita Suſanna, aut ſaltem proxima fuiſſe loca, cum proximæ ſint inter ſe viæ Salaria, & Nomentana: vel fortè ob conſimilem mortis cauſam hæc notata, quod Suſanna ſpreto, Chryſanthus, &

De Tiburtio memoria cur hic habeatur.

De Chryſãtho, & Daria.

Daria ſimulato matrimonio martyrium ſuſtinuerint.

Ad duas domos quis lorcas.

Eccleſiæ duæ à Caio conſecratæ

53. *In duas domos*. Hinc cognoſcimus Caium duas ędificaſſe, atque dedicaſſe Eccleſias. Primam quidem in propria domo, ſeu iuxta eam, ante mortem S.Suſannæ; in actis enim hęc iam legimus. Quia iuxta habitaculum Eccleſiæ ſuæ, quam ipſe fecerat iuxta palatium Saluſtij erat, &c. Alteram ſtatim poſt mortem S.Suſannæ in domo illius, dum adhuc viueret Gabinius Suſannæ pater. Nam & hoc quoque in actis traditur. Ab eodem die, aiunt, cępit B.Caius Epiſcopus in eadem domo introire, vbi gladio fuerat percuſſa (Suſanna) & Sacrificium Domino Deo ſuo offerre, pro commemoratione Beatæ Suſannæ populo, ac deindè: Ab eo tempore ſtatio deputata eſt in duas domos, &c. At conſecrari ibi cõſueuiſſe, decretam ibidem fuiſſe ſtationem, locumq. tandem erectum in titulum, nihil aliud ſignificant, quàm ibi conſtitutam fuiſſe Eccleſiam, qualem eorum temporum ferebat conditio. Quoniam verò domus Gabinij iũgebatur domui Caij idcircò vnica tantũ ſtatio ibidem decreta eſt, non duæ, appellataq. eſt Statio ad duas domos. Prima illa Eccleſia S. Caij nomine deinde appellata eſt. Secunda ſanctorum Gabinij, & Suſannæ, ſed frequentiùs S.Suſannæ tantùm. Vtramq. autem fuiſſe Eccleſiam titularem non deſunt, quæ probent. In Concilio[a] enim Romano, quod celebratum eſt anno Dom. 499. ſub Symmacho pro tollendo ambitu in Comitijs Pontificijs reperiuntur ſubſcripta ſexaginta ſeptem nomina alphabetico ordine diſpoſita presbyterorum, qui ſubſcripſere, inter quos fuere iſti. Aſellus Presb.tit S.Suſannæ. Agatho Presb tit. S.Susãnæ. Benedictus Presb.tit. S.Caij. Seuerus Presb.tit. S.Caij. At in Catalogo quodam apud Panuinum in epit. Pontif. in Symmacho ijdem ſubſcripti reperiuntur, hoc modo

Eccleſ. S. Caij. Eccl. S.Gabinij, & Suſannæ.

a Cõc.Rõ. an. 499.

Prędictas Eccleſias fuiſſe titulares.

Num. 20. Aſellus Presbyter tit. SS.Gabinij, & Suſannæ ad duas domos.

num. 24. Benedictus Presbyter. tit. S. Caij.

num. 38. Agatho Archipresbyter tituli Sanctorum

Gabinij,

Gabinij, & Suſannæ ad duas domos.

num. 46. Seuerus Archipresbyter tit. S.Chriſti martyris Caij. In facultate teſtandi conceſſa Probo à Sancto Gregorio inuenitur Ruſticus [b] Presb.Card. S.Suſannæ: in diplomate Pauli I. de Eccleſia in paternis domibus ab ipſo erecta ſubſcriptus reperitur Leótius [c] Preſbyter S.Rom.Eccl. tit. S.Suſannæ. Leonem Tertium fuiſſe Presbyterum Card. S. Suſannæ ex Anaſtaſio recipiunt & alij. Ipſumq. propterea eodem anno, quo Pōtifex renunciatus eſt, Eccleſiam illam non tam reſtituiſſe, quàm nouam, amplioremq. excitaſſe accipitur: eãdem iterum collabentem reſtituit Xyſtus IV. Ac poſt ipſum Hiero.Card. Ruſticuccius eiuſdem Eccl.Titularis eandem poſtremò reſtituere, ac ſacris picturis decorare cœpit an. 1595. idemq. perfecit an. 1599. vt ſequés inſcriptio ſupra portam maiorem intra Eccleſiam, ac eiuſdem Cardinalis inſignia indicant.

b Ann. 601. lib. 9. epiſt. 22. Regiſt.

c An. 761. to. 3. Cóc. epiſt. 2.

Ann. 796.

Xyſtus IV. an. 1475.

An.

HIERONYMVS
CARD. RVSTICVCCIVS
EPISCOPVS. ALBANENSIS
PAPÆ VICARIVS
MDIC.

Ex his recentiorum antiquariorum errores aliquot corrigendi ſunt. Primus eſt Eccleſiam S. Suſannæ nunquam fuiſſe templum Quirini, vt tradunt Marlian. de Rom. antiq. in antiqua editione, & Lucius Faunus, cũ probatũ fuerit illã ex S.Gabinij ędibus ędificatã. Secundus; non fuiſſe primũ ędificatã à Leone III. vt tradit idem Faunus, & Andreas Fuluius, agens de Quirinali. Tertius non fuiſſe inter duas lauros, vt tradunt idem Faunus, & Andr. Ful. qui eam ędificatam à Leone III. inter duas lauros aliàs ad duas domos affirmat, vnum exiſtimans vtrumque eſſe locum. ſed hæc ſatis de Eccleſia S.Suſannæ. De Statione ibidem decreta eam vſq. ad S. Gregorium Magnum perpetuaſſe credimus, à quo cum Stationum certa ſeries indicta fuerit in ſabbatho

Marlian. lib 4. c. 23. antiq. edit. Luc. Faun. lib. 4. c. 9. And. Fulu. lib. 1. c. 8.

tho poſt tertiam Dominicam Quadrageſimæ Eccleſiæ S. Suſannæ Statio adſcripta fuit, quæ adhuc perſeuerat, quod veluti prophetice deſignarunt acta, dum aiunt, quod eſt vſque ad hodiernum diem, & ſanè ad duas domos, quoniam eo die, quo Statio eſt ad S.Suſannam eſt etiam ad S. Mariam Angelorum in Thermis Diocletiani à Pio IV. inſtituta; ſperamus autem breui futurum, vt in propriam S.Caij Eccleſiam antiqua ſtatio reſtituatur, cum repertis tandem illius fundamentis ſublata ſit de loco priſtinæ Eccleſię ipſius difficultas omnis, quæ ne manus operi admoueretur retardauerat: ſed S.Caij patrocinium, ac beatiſsimi Pontificis Vrbani in ipſum pietas, & ſtudium cuncta diſpergent obſtantia.

Regio Vrbis 6. quæ. *In regione 6.* Quæ dicebatur Alta ſemita, de quo Publius Victor, & alij plurimi.

Mamurius quis. † Carminibus. † Latus. *Iuxta vicum Mamurij.* Quis fuerit Mamurius accipe ex Feſto, Mamurij Veturij nomen ait frequenter in cātibus † Romani frequentabant hac de cauſa, Numa Pompilio regnante è cęlo cecidiſſe ferunt Ancile, ideſt ſcutum breue, quod ideò ſic eſt appellatū, quia ex vtroq. latere erat recisū, vt ſummū, infimūq. eius latius † medio pateret, vnaq. edita vox; Omniū potentiſsimā fore ciuitatem, quandiù id in ea manſiſſet. Itaq. facta ſunt eius generis plura, quibus id miſceretur, nè internoſci cęleſte poſſet. Probatum opus eſt maximè Mamurij Veturij, qui præmij loco petijt, vt ſuum nomen inter carmina Salij canerent. Hæc Feſtus. Vnde Ouidius de eodem.

Ouid. lib. 3 faſt.

Quis mi nunc dicat, quare cæleſtia Martis,
Arma ferant Salij, Mamuriumq. vocant.

& poſt multa

Vndè ſacerdotes operi promiſſa vetuſto
Præmia perſoluunt Mamuriumq. vocant.

† Eleg. 2. lib. 4. in fi. & Propertius

At tibi Mamuri, formæ cælator aenæ
Tellus, artifices ne terat Oſca, manus.

Agit

Agit etiam de eodem Dion. Halic. lib. 2. nō longe à fine, ac recentiores antiquarij. De eiuſdem verò plūbea ſtatua in eius vico poſita Sextus Aurelius in regione ſexta, & alij.

N O T AE

in Epiſtolam Decretalem.

† Edita reperitur hęc epiſt. tom. 1. Conc. & to. 1. ep. Sum. Pont. Rom.

Pagani, quę

PAganos. Pagani primùm dicti ſunt, qui in agris iuxta fontes, & aquas degebant παγας enim dictas eſſe aquas Dorica lingua [a] Feſtus teſtatur; deindè dictiſ, qui non erant milites. Qui enim agriculturæ operā dabant à militia arcebantur olim, nè armis aſſueti [b] in ciuitates inſurgerent, vel potiùs nè agricultura deſereretur; poſtea dicti ſunt Pagani, qui milites futuri nondum tamen militiæ adſcripti fuerant. Vndè apud Iuriſconſultos ea perſonarum diſtinctio reperitur, vt hominum alij milites ſint, alij Pagani, ideſt non milites. Inde verò metaphoricè dicti ſunt Pagani, qui extra cœtum aliquem adhuc eſſent. Perſius [c] enim aliquando de ſe ipſo loquens ait.

a Verb. Pagan.

b Ioan. Caluin. in Lex. iuris.

c Perſ. in princ.

Ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatum carmen offero noſtrum.

Semipaganum ſe appellans, quaſi ſemipoetam inter poetas nōdum plenè adſcriptū; & hoc ſanè modò Gentiles à Caio nunc appellati eſſe videntur, quod extra Chriſtianā militiam reperirentur. Demùm Pagani [d] propriè iterū dicti ſunt ijdem Gentiles poſt tempora Chriſtianorum Imperatorum, quoniam non ſolùm extra Chriſti militiam erant, ſed etiam quod poſt verum Dei cultum in Vrbibus frequentatum, indeq. idolatriam ablegatā, in pagis Dœmonum cultores ijs ſacrificia occultè offerre ob metum coacti fuerint. Qui plura de huius vocis origi-

d Bar. in not. Mart. Rom. 31. ian.

e Briſſor. Caluin. & alios. origine, atque vſu requirunt conſulat Juriſperitos e de verb. ſignif. agentes.

De accuſatoribus Decret. 1 58. *Non poſſe accuſare Chriſtianos.* Morabantur Chriſtiani, vt oues in medio luporum; paſtoribus idcircò vigilandum ſedulò, atque laborandum fuit, vt illorum furorem auerterent, multa itaque à prioribus Caio Pontificibus de accuſatoribus, & accuſationibus ſtatuta fuere, vt ab Anacleto. f Ne reciperentur accuſationes apoſtatarum epiſt. 1. Ne g accuſationes fierent niſi ab idoneis, & probatiſsimis viris epiſt. 2. Nuper inimicos h non poſſe accuſatores eſſe, vel teſtes epiſt. 3. A Xyſto I. Perſonam, fidem, vitam, & conuerſationem accuſatorum eſſe perſcrutandam epiſt. 1. à Theleſphoro Hyginio, & alijs alia addita ſunt. His addit Caius preſens decretum, arcens ab accuſatione omniũ Chriſtianorum Paganos, & Hæreticos. Idem autem relatum à Gratiano i ampliatum eſt etiam ad Iudęos ob eandem, aut etiam maiorem rationem. Poſteriores etiam Pontifices nouis decretis prædicta ampliarunt, ac confirmarunt. Quæ omnia ſimul collecta propriam requirerent tractationem.

f Beatus præcurſor 3.p.q.4. g Licet accuſatio 2. q.7. h 3. qu. 5. can. 2. i 3 q.7. cã. 24. Pagan.

De Accuſ. Epiſc. dec. 2. 59. *Deinde nemo vnquam Epiſcopus apud Iudices ſeculares.* Prohibitæ fuerunt Epiſcoporum, ac Sacerdotum accuſationes ab Alex. Papa, apud publicos (vt ipſe ait) iudices, ſub pęna infamiæ, perpetui exilij, ac expulſionis à liminibus Eccleſiæ vſq. ad ſatisfactionem. Innitebatur Alexander auctoritati k Apoſtoli monentis. Chriſtianorum cauſas ad Eccleſiam deferri oportere. Ampliatum eſt Alexandri decretum à Caio ad Clericos omnes, ac perpetuò ſeruatum.

k 1. Cor. 6. a

60. *De verbo incarnationis.* Ideſt de Verbo incarnato, ſeu de Diuinitate, & Humanitate Chriſti. Sed quænam fuerit occaſio, cur de his egerit Caius, inquiramus. Sciendum eſt igitur ante tempora Caij, duas grauiſsimas hęreſes de Chriſto præceſsiſſe: Altera fuit negantium eius Diuinitatem: Altera verò negantium eius veram Humanitatem. Negauerunt Humanitatem pręcipuè

Cerdonis hæreſis.

cipuè Cerdon, & Valentinus. De Cerdonis hæreſi hęc ex S. Auguſtino: † Cerdon ait Chriſtum neque natum ex fœmina, nec habuiſſe carnem, nec verè mortuum, vel quidquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſsionem. De eodē Tertull. † ait Hic ſuperioris filiū Dei veniſſe tractat, hunc in ſubſtantia carnis negat, in phantaſmate ſolo fuiſſe pronunciat, nec omninò paſſum, ſed quaſi paſſum, nec ex Virgine natum, ſed omninò nec natum. Idem Tertull. † de Valentini hæreſi in lib. contra illum edito agens, tradit Valentinum dixiſſe: Chriſtum per Virginem, non ex virgine editum, quia delatus in virginem tranſmeatorio potiùs, quā generatorio more, proceſſit per ipſam, non ex ipſa, non matrem eam, ſed viā paſſus, hæc Tertul. Horum errores damnans S. Polycarpus aiebat: omnis, qui non cōfitetur, Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, hic antichriſtus eſt.

† S. Auguſt. lib. de hær. cap.

† Tertul. de præſcr. cap. 51.

† Aduerſ. Valentin. cap. 27.

S. Polycarp. epiſt. 1.

E contra verò poſt Cherinthum, & Ebionem, qui primi Diuinitatem Chriſti negauerunt, ſciendum eſt, non multò antè hæc tempora Caij extitiſſe Paulum quendam Samoſatenum Epiſcopum Antiochiæ hæreſiarcham, qui & ipſe docere nitebatur, Chriſtum eſſe hominem tantùm. Cum audita fuiſſet huiuſmodi hęreſis in Occidente, Dionyſius Papa, coacto Romæ Cōcilio, eā damnauit ann. D. 265. eadē hęreſis damnata eſt etiā in Oriente in duobus Conc. Antiochenis: primum celebratum eſt anno Domini 266. cui adeſſe debebat Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, ſed cum ob ſenium & imbecillitatem nequaquam adeſſe potuiſſet, ſuam ſententiam epiſtola ad Concilium data aperuit. At Paulus cum poſt damnatam eius hæreſim pœnitentiam ſimulaſſet, ac catholicam fidem viſus eſſet profiteri, deceptis Epiſcopis, incolumis in Epiſcopatu relictus eſt; ſed cum fraudem diù obtegere non valuiſſet, poſt annos ſex, hoc eſt anno D. 272. coacto iterum Antiochiæ Concilio damnatus, atque ſede deiectus eſt. Huius hæreſis ſemina ad vltimas vſque Occidentis oras dilapſa eſſe teſtis ſit epiſtola Eutychiani ad Epiſcopos Bęticæ prouin-

Pauli Samoſat. hæreſis

prouinciæ data ann. D. 276. die 12. April. anno ipſius primo nondum expleto. Hæc Eutychiani epiſtola ad Bęticos Epiſcopos ſuſpicionē excitat Felicem, ad quem ſcribit Caius fuiſſe Ciuitatis cuiuſpiam extremarum Hiſpaniæ regionum Epiſcopum: nam extremarum mundi partium paſtorem appellat eum Caius ſub initiū epiſtolæ, extremas verò mundi partes Galeciam, Luſitaniam, Bęticam apud antiquos habitas eſſe nullus dubitat, cum vltra eas neque habitatio, neque nauigatio protenderetur. Ob prædictam igitur hæreſim illis in locis auditam quæſiuiſſe Felicem, ac reſpondiſſe Caium quid de Diuinitate, & Humanitate Chriſti catholicè ſentiendum eſſet, epiſtola ipſa demonſtrat.

Sed dices, hanc Caij epiſtolam videri potiùs datam contra negantes Chriſti Humanitatem, quàm Diuinitatem, cum tamen è contra magis agendum eſſet in ea de Chriſti Diuinitate contra Paulum Samoſatenum, ac eius hæreſim eo tempore vigentem.

Reſpondendum eſt adeò connexa eſſe dogmata de Diuinitate, atque Humanitate Chriſti, vt de altero vix ſine altero agi queat, ac proinde conſueuiſſe ſacros Doctores, ac ſanctiſsimos Pontifices Romanos de ipſis coniunctim agere. Hoc ſeruatum fuiſſe ab Eutychiano in epiſtola, de qua ſupra, apertum eſt: in ipſa etenim hęc leguntur. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera eſt, Deum, & hominem prædicare; Verbum, & Carnem confiteri, neque Deum neſcire, quod homo ſit, neque carnem ignorare quod verbum ſit. Hinc Beatus Leo Magnus de Natiuitate Domini ſermonem habens, inquit: Feſtiuitatis hodiernæ dilectiſsimi verus venerator eſt, & pius cultor, qui nec de Incarnatione Domini aliquid falſum; nec de Diuinitate aliquid ſentit indignū: Paris enim periculi malum eſt, ſi illi aut naturæ noſtrę veritas, aut paternæ gloriæ negetur æqualitas. Hæc Leo: Neceſſarium ergo ſemper extitit ſacros doctores docere, Chriſtum ita eſſe hominem, vt & Deum ſimul eſſe monſtrarent, atque ita eſſe Deum, vt & hominem ſimul

mul eſſe profiterentur. Id ipſum igitur meritò in ſua epiſtola præſtitit Caius.

Sed quo nàm in pretio habenda ſint, quæ à Caio dicuntur videamus. Veteratores illi Nouantes, qui etiã nec argumentum epiſtolæ perceperunt, de ipſa hæc habent: Epiſtolam Decretalem vnam ſcripſit Caius ad Felicem Epiſcopum, in qua de mediatore Chriſto, & de iuſtificatione mediocriter loquitur. At Cerbero illi *trifauci* opponamus iudicium viri ter Maximi, Leonem Magnum, ter, inquam, Maximum ſummo ſacerdotio, ſapientia, ac ſanctitate. Cùm enim Eutyches Archimandrita vnam vt hypoſtaſim, ſic & naturam Chriſto Domino tribueret, ita ſcilicet, vt Dei verbo in carnem conuerſo duabus naturis inter ſe confusè permixtis ſolã Diuinitatem ſub carnis non veritate, ſed figura famem, ſitim, laſſitudinem, vigilias, crucem, mortem perpeſſam eſſe, ac poſt triduum reſurrexiſſe è ſepulcro contenderet: S. Leo Papa in Eutychetis hæreſim ſcribens ad Leonem Imperatorem † totam hanc Caij epiſtolæ partem de Incarnatione, ad verbum ſuæ inſeruit epiſtolę, cum tamen non deeſſent doctiſsimo viro de eadem re argumenta, vt pleræq. oſtendunt aliæ eiuſdem epiſtolæ, ac præcipuè illa, quæ eſt ad Flauianum data, quæ incipit: Lectis dilectionis tuæ literis &c. † Immò etiam ſcribens ad monachos Paleſtinæ † Eutychetis errore conſperſos eandem Caij epiſtolam iterum ad verbum retulit. Si igitur Leo vir ſapientiſſimus Caij tractatu abſque vlla mutatione vſus eſt in re adeò graui, vt ob eam præcipuè Chalcedonenſe Concilium habitum ſit, quis obſecro dicere audeat, Caium mediocriter de his eſſe locutũ? Sequamur igitur S. Pontificis Leonis iudicium, ac Caij doctrinam, inſanientibus hæreticis exploſis, non mediocrem, ſed optimam eſſe fateamur.

Tom. 1. ep. Decr. epiſt. 83. Incipit promiſiſſe me, &c.

† Conc. Cal ced. act. 2.

† Epiſtola 83. incipit Solicitudini meæ.

61. *Et quæcunque difficiles quæſtiones.* Idem iubet Anaclet. epiſt. 1. n. 4. & eſt relatum in Decret. idem epiſt. 3. n. 4. Zephyr. epiſt. 1. & alij. Verùm oportunior de his agendi locus eſt, cum acta illorum Ponti-

Sacroſanc. Diſt. 22.

Pontificum expenduntur, qui primùm decreta quæpiam ediderunt.

62. *Dat. Kal. Martij Diocletian. 6. & Conſt. 2. coſſ.* Cum peruenerit Caius vſque ad Conſulatum 6. Diocletiani, erit hic annus Olymp. 1070 & Vrbis 1047. Deſcendendo enim per faſtos Conſulares à conſulatu Vlpij, & Pontiani ad conſulatum ſextum Diocletiani reperies conſulatus, & annos quinquaginta ſex: & cum ille annus eſſet Olymp. 1014. & Vrbis 991. hic erit, quem diximus: eſt verò nobis annus D. 296. ac decimus tertius S. Caij inchoatus, ſed & eius poſtremus: quandoquidem poſt datam hanc epiſtolam intra duos menſes ipſe obijſſe ex temporum ratione affirmare neceſſe eſt.

INVENTIO

Corporis S. Caij Papæ.

CVm Petro Paulo Cardinali Creſcentio tit. SS. Nerei, & Achillei Vrbeuet. Epiſcopo à Summo Pontif. Gregorio XV, iniunctum viuæ vocis oraculo munus fuiſſet, atque elargita facultas inquirendi, & extrahendi ex ſacris Romanis Cœmeterijs reliquias, ſeu corpora Sanctorum, quorum adhuc ingentem ſupereſſe numerũ, nunquam penitùs exhauriendum non dubito, etſi diligentia, ac pietate Iacobi Creſcentij S. Equitij apud Nurſiam Abbatis fratris ſui ad hoc opus perficiendum vti ſoleret, illo tamen aliquando impedito elegit, ac ſubſtituit religioſum virum Stephanum Figinum Mediolanenſem congregationis Caſsinenſis Monachum, eo tempore Monaſterij S. Pauli extra Vrbem priorem, qui vnà cum Notario (cuius ſunt ea, quæ ſuquuntur ex publicis ipſius actis deſumpta) ac teſtibus infraſcriptis ſe contulit ad Cœmeterium poſitum in agro Romano, extra

tra portam Appiam in via, quæ tendit à Baſilica S.Pauli prędicti, ad S.Sebaſtiani Eccleſiam, & Catacumbas Prætextati, ſeu Calliſti nuncupatas, quo peruenti, Cęmeterium ingreſsi, & per illius ſubterraneas, & tortuoſas ſemitas cum luminibus accenſis procedendo infraſcripta Sanctorum Martyrum ſepulchra, non diruta, ſed benè murata, cum illorum nominibus, & ſignis infraſcriptis inciſis, & inſcriptis, prout infraſcriptorum oculis benè patuit cum corporibus inuenerunt, eaq. genibus flexis, humillimis factis precibus, & nonnullis ſacris decantatis hymnis, pia, & decenti veneratione aperta fuere. Nempè.

1. Sancti Ricchardi: cuius ſepulcrum inſcriptione nominis in lateritio lapide huiuſmodi ſigno ☧ quo Chriſti fideles antiquitùs vſi fuere, ac palma inſculptis erat ornatum.
2. S. Philippi. Illius nomen cum palma, & prędicto Chriſtianorum ſigno in latericiis lapidibus erat inciſum.
3. S. Nicaſij. Cuius nomen, & palma, & prædictum Chriſtianorum ſignum in cruſta inſculpta reperta fuere.
4. S. Caij. Sepulcrum iſtius Sancti Martyris hac inſcriptione, nempè: Caio cum duobus PP. in lateritio lapide in facie ſepulcri murato, cum palma, prædictoq. ſigno ſolito, & conſueto apud Chriſti fideles inciſis, cum lamina plumbea ſepulcri lapides connectente, repertum fuit inſignitum.
5. S. Martini. In cuius ſepulcri facie, & lateritio lapide, & nomen, & palma, ac prædictorum Chriſtianorum ſignum erant inſculpta. Supradictaq. omnia, & ſingula benè, accuratè, ac diligenter inſpicientibus eodem adm. Reu. D. Stephano Figino, Illuſtri D. Paulo Topio de Monte Politiano, D. Io. Bap. Impaccatore de Lanciano (hic eſt noſtræ Congregatio-

nis

nis Oratorij laicus) & D. Stephano Cerqua Camerinen. Hæc ex actis publicis Eraſti Spãnochiæ Sabinenſis, Curiæ Capitolinæ Notar. peractis anno 2. Greg. xv. Summi Pontif.

Delatis domum ſacris corporibus, ac maiori diligentia inſpectis, potiſsimùm verò corpore S. Caij, repertus eſt anulus illius, quem penès ſe retinuit religioſus vir prædictus Stephanus. Reperti ſunt etiam in ipſomèt corpore, ſeu inter oſſa S. Caij quidam nummi ærei Diocletiani. Conſueuerunt enim aliquando Chriſtiani in Sanctorum Martyrum ſepulcris eorum Imperatorũ nummiſmata recondere, quorum tempore, vel iuſſu martyrium illi conſummauerant.

Traditum fuit S. Caij corpus vnà cum corporibus Sancti Martini, ac S. Victoris martyrum, atque S. Criſpinæ Virg. à Greg. xv. Nobiliſsimo Viro Alphonſo Gonzagæ Rhod. Archiepiſcopo. Vidimus conceſsionis, ac traditionis horum SS. publica monumenta à Ioanne Ferrino Cameræ Apoſtolicæ Notario die 31. Iulij 1622. Romæ peracta. Delatum fuit S. Caij Corpus ab eodem Rhodi. Archiep. Nuuolariam in Galliam Ciſalpinã, à quo hactenùs pijſsimè aſſeruatur, ac veneratur, aliquando fortaſſe in quodpiam eius loci templum collocandũ ad fidelium deuotionem in ſanctas reliquias excitandam, cuius rei gratia & Romæ partes remanſerunt, quæ hactenùs priuatim apud nos ſeruantur. Porrò ſi audias, S. Caij adeſſe corpus aut reliquias, aut Romæ, aut Bambergæ: nam Bambergæ ex eis reperiri ait Franc. Maurolycus; alterius cuiuſpiam eſſe Caij dicas, non Caij Papæ. Nulla enim corporis pars deeſſe agnoſcebatur, vt ex prędicti Stephani fide, ac literis accepi. Plures enim reperiuntur Martyres hoc nomine, quorum memoria ad nos peruenit, pluresq. alios eodem nomine extitiſſe putamus, quos penitùs ignoramus. Erat .n. huiuſmodi Nomen, ſeu Prænomen frequentiſsimum. De illo igitur accidiſſe putamus, quod de Capite Ioannis Baptiſtæ: cum enim non vnus tantùm fuerit Ioannes,

In Martyrologio in fi.

nes, cuius caput homines venerantur, cum audiunt caput Ioannis; mox illius, quem magis agnoſcunt, eſſe credunt, mox Baptiſtam dicunt. Lateritius verò lapis ille, in quo Caij Papę nomen inſculptum eſt, apud prædictum Iacobum Creſcentium S. Equitij Abbatem reperitur. Duo autem ex nummis æreis Diocletiani, qui in ſepulcro vnà cum corpore S. Caij reperti fuere, apud nos extant.

Inuentum eſt corpus S. Caij anno D. 1622. indict. 5. an. 2. Greg. xv die 21. Aprilis, ipſa nocte peruigilij eiuſdem S. Caij. Cum enim prædicti Cęmeterium non multo poſt meridiem ingreſsi eſſent, non niſi intempeſta nocte prodiere.

VEXILLA

Sanctis Caio, Hieronymo, Stanislao vniuerſæ Slauorum gentis patronis oblata.

MArcus Iakimoskius Tirogetha à magna Slauorum gente oriundus, ex Podoliæ loco, quem Barum dicunt, Poloniæ Regno ſubiectum, à Turcis in poſtremo bello cum Polonis geſto captus, atque triremi damnatus fuerat. Cum verò aliquando poſt maris tempeſtatem Mitilenē appuliſſent, Claſſisq. Præfectus (aderāt.n. & aliæ triremes) cum multis, vt ſeſe reficerent, in Inſulā deſcēdiſſet, Marcus, duobus Chriſtianis in ſuā ſententiam vix perductis, tribus verò ex hoſtibus ſibi aduerſantibus fortiter necatis, quamuis grauiſsimè capite vulneratus breuiſsimo tēpore armatis Chriſtianis, Turciſq. vel necatis, vel in mare proiectis, tandem è portu erumpēs, medios inter globos ex proxima arce, alijſq. portus locis immiſsos euaſit immunis. Aderant tres in eodem portu triremes, quæ ea die, noctuq. ſequenti

Marcum fugientem ſunt proſecutæ, ſed ob nouam exortam tempeſtatem retrorſum abire coactæ ſunt: poſt quarum diſceſſum, exorta tranquillitate, ventiſq. ſecundis adſpirantibus, nauigationem proſequentes Marcus, ac ſocij in Siciliam peruenerunt, quo in loco libertatis adeptæ gratiam à Deo agnoſcẽtes Turcas viginti duos liberos abſque vllo redemptionis pretio dimiſerunt, ac præter ipſos vxorem Iudicis Alexandriæ, quam ex Conſtantinopoli Alexandriam deferebant prædictę triremes, ex cuius redemptione, vel venditione non exigua pecuniæ quantitas ſperari poterat, ſed qui gratis libertatem acceperant, gratis & dederunt. Erant cum vxore iudicis captiuæ mulieres tres Chriſtianæ præcipuè: aderat etiam Virgo, quę vehebatur Alexandriam, vt ibi venderetur, cum autem Marcum ipſorum ducem, atque præfectum ſocij dixiſſent, ipſe virginem elegit ſibi in vxorem, tres verò illę mulieres à tribus ipſius ſocijs deſponſatæ fuere. Quibus peractis triremi dimiſſa, ac minoribus receptis nauigiis cum triginta ſocijs Panormo ſoluentes, vt gratias Deo maiores, ac B. Petro ſolutis catenis agerent, Romam adnauigarunt, quò peruenerunt die 16. Februarij 1628. Recepti fuere hoſpitio apud S. Hieronymum Illyricorum, atque Franciſci Sanctæ Agathæ Card. Barberini opt. princ. quouſque Romæ permanſerunt liberalitate ſuſcepti. Ad pedes Summi Pontificis admiſsi primarię triremis Regium vexillũ pulcherrimè ornatũ ipſi obtulerunt, à quo & ſacra munera, & eleemoſynas plurimas receperunt. Marcus verò eius iuſſu Eques auratus ab ipſomet S. Agathę Cardinali creatus eſt. Obtulerunt deindè vexillum aliud Sancti Hironymi Illyricorum Eccleſiæ; aliudq. Eccleſiæ S. Stanislai Polonorum; aliud demùm in æde S. Suſannæ depoſuerunt, vt ibidem conſeruetur, donec Eccleſia S. Caij reſtituta fuerit.

Qui enim Slauorum lingua vtuntur, vt hi, de quibus loquimur, aut eas incolunt regiones, ad quas pergentes Slaui propagati ſunt, Sãctos Dalmatos, vt patrios colũt,

quod

quod ipſimet profeſsi ſunt in vexillo apud S.Hieronym. Cum enim ipſius altera in parte hæc legantur .

Vrbano Imperio ſemper Maometa tyrannis
Languet, velut , Luna Sole fugata perit .

In altera conſpiciuntur iſta.

Hæc Getbatiro pius, Maometis compede fracto
Numinibus patris , ſacra trophea dicat .

Cernes verò circa Apſidem Eccleſiæ,imaginem inter alias Sancti Caij Papæ . At non ſolùm Sanctos, venerati ſunt , ſed & viros quos par erat, reuerenti obſequio ſunt proſecuti . Nam Coſmo tit. S. Pancratij Card. de Torres Regni Poloniæ protectori , ac DD. Carolo , & Thaddęo Barberinis ſummis in Vrbe Viris vexilla alia dono dederunt . Horum vxores humaniſsimè , & religioſiſsimè DD. Coſtantia Barberina, & Anna Columna, ſumma, innatàq. earum benignitate Marci & ſociorũ vxores exceperunt,liberaliterq. datis muneribus honore affecerunt. De horum liberatione,& aduentu Romam pleniorem hoc anno Romę edidit narrationem Marcus Tomęus Marnauitius .

Faſti Sanctorum tempore S.Caij.

ANNO CHRISTI 284.

Die 25. *Februarij.Fer.* 3.

Victorinus, Victor, Nicephorus, Claudianus, Seraphior, & Papias martyres; in Ægypt. ſub Numeriano.

¶ Agunt de his Mart. Rom. Beda, Vſuard. Ado. Petr. de Nat. lib. 3. cap. 151. Græci in Menolog. ad diem 31. Ianuar. Bar. hoc anno.

16. *Martij. Die Dominico.*

Hilarus, Tatianus, Felix, Largus, & Dionyſius ſub Numeriano, & Beronio Præſide.

¶ Mart. Rom. Vſuard. Petr. de Nat. lib. 3. cap. 203. Hiſt. Eccl. Aquileien lib. 2. Bar. hoc anno, & in Not.

20. *Martij Fer.* 3.

Thalaleus, Aſterius, Alexander, & Socc. Ædeſſe in Syria ſub Numeriano.

¶ Martyrologivm Romanum, Menologium Græcum. De Thalalei Eccleſia Martyrij nomine appellata habetur mentio in actis S. Auxentij 14. Febr. apud Sur. & Lipom. de eadem reſtituta à Iuſtino Imperatore, Procopius de ædific. Iuſtiniani lib. 5. in fine. Bar. hoc anno, & in Not.

24. *Maij Sabbatho.*

Seruulus, m. Tergeſte ſub Num. Imp. & Iunio Præſide.

¶ Petrus de Nat. lib 5. cap. 38. Bar. hoc anno. Nono Kalend. Februar. ſed legen. 9. Kal. Iunij. Creditur autem idem eſſe Seruulus hic cum Seruilio, qui hac die paſſus eſt cum Zoelle, Felice, Siluano, & Diocle-

in Iſtria; de quibus Mart.Rom.agit hac die. Galeſin. Ferrarius, & alij, ſed Tergeſte ſolius Seruuli memoria ſupereſt.

28. *Auguſti* Fer. 3.

Pelagius mart. Conſtantiæ in Gallia ſub Numeriano, & Euilaſio Iudice.

¶ Mart. Rom. Beda, Petr. de Nat. lib. 7. cap. 120. Baron. hoc anno Vuandelbert.

16. *Octobr. Sabbatho.*

Chryſanthus, & Daria. Romæ ſub Numeriano Imperat. & Celerino Prætore.

¶ Mart. Rom. Bar. hoc anno, & in Not. Pet. de Nat. lib. 9. cap. 105. Sur. &c.

22. Nouembr. *Sabbatho.*

Maurus mart. Romæ ſub Numeriano Imper. & Celerino Prætore.

¶ Mart. Rom. Vſuard. die 21. Nouemb. Petr. de Nat. lib. 10. cap. 93. Bar. hoc anno.

1. *Decembr.* Fer. 2.

Diodorus Presb. Marianus Diaconus, & ſocc. Romæ ſub Numeriano & Celer.

¶ Mart. Rom. Beda, Ado, Petr. de Nat. lib. 1. cap. 12. Lipom. & Sur. in actis SS. Chryſanthi, & Dariæ ex Metaphraſte, Bar. hoc anno, & in Not.

3. *Decembr.* Fer. 4.

Claudius, & Hilaria vxor, Iaſon, & Maurus eorum filij cum 70. militibus. Romæ ſub ijſd.

¶ Mart. Rom. Beda, & alij Petr. de Nat. lib. 1. cap. 23. Sur. in act. SS. Chryſanthi, & Dariæ.

26. *Decembr.* Fer. 6.

Marinus Senator. Romæ ſub Carino Imper. & Mariano Præfecto.

¶ Martyrolog. Rom. Vſuard. Mombrit. tom. 2. Vincent. Belluac. lib. 13. cap. 38. & 40. Petrus de Nat. lib. 2. cap. 6. Bar. hoc anno.

ANNO 285.

8. *Auguſti Sabbatho.*

Marinus mar. Anazarbi ſub Diocletiano Imp. & Lyſia Præſide.

¶ Mart.Rom.Menolog.Græc.Bar.hoc anno,& in Not.

23. *Auguſti Dominica.*

Domnina, & Theonilla ſocc. Claudius, Aſterius & Neon.fratres.Egeæ ſub Diocletiano, & Lyſia Præſide.

¶ Mart.Rom.Beda, Vſuar.Ado.Pet.de Nat.lib.7.c.101 Acta proconſularia apud Sur.tom. 4. & Bar. hoc an.

27. *Septemb. Dominica.*

Coſmas,& Damianus, Antimus, Leontius, Euprepius fratres Egeæ ſub Diocl. & Lyſia.

¶ Mart. Rom. & alia. Menolog. Græc. Petr. de Nat. lib. 8. cap. 123. Baro. hoc anno, ſed plura in Not.

30. *Octobr. Fer. 6.*

Zenobius Epiſcop.& Zenobia eius ſoror. Egeæ ſub Diocl.

¶ Mart.Ro.Menol.Gręc.Meta.apud Lipo.t.6.& Sur.t.5.

ANNO 286.

5. *Iulij Feria 2.*

Zoe vxor Nicoſtrati. Romæ ſub Diocletiano & Fabiano Vrbis Præfect.

¶ Mart. Rom. & alia ex act. S. Sebaſt. apud Mombrit. tom. 2. & Sur. tom. 1.

6. *Iulij*. *Fer.* 3.

Tranquillinus. Romæ ſub ijſdem.

7. *Iulij*. *Fer.* 4.

Nicoſtratus, Claudius, Victorinus, Symphorianus, & Caſtorius. Romæ ſub ijſdem.

¶ Ex eiſdem actis.

11. *Auguſt.* Fer. 4.

Tiburtius Chromatij Filius. Romæ ſub Diocl. & Fabiano Vrb. Præf.

¶ Ex act. S. Sebaſtiani.

ANNO 287.

26. *Martij Sabbatho*.

Caſtulus Zetarius. Rom. ſub ijſd.

¶ Ex eiſd. act.

18. *Iunij Sabbatho*.

Marcus, & Marcellianus fr. Rom. ſub ijſd.

¶ Ex eiſd. act.

ANNO 288.

20. *Ian. Fer.* 6.

Sebaſtianus. Romæ ſub ijſdem.

¶ Ex act. prædict. de eius mart.

ANNO 290.

11. *Octobr. Sabbatho*.

Tracus, Probus, & Andronicus. Tharſi in Cilicia ſub Diocl. Imp. & Maximo Preſide.

¶ Mart. Rom. Beda, & alij, Lipom. tom. 6. Sur. tom. 5. Bar. hoc anno in annalib. primum edidit horum acta proconſularia.

ANNO 291.

29. *Maij, vel 19. Iunij.*

Maximus Epiſcopus ſecundus Biſontinus à s. Caio Papa illuc miſſus obijt ibid.

¶ Iacob. Chiflet. in hiſt. Biſontina, par. 2.

ANNO 295.

18. *Februarij Fer.* 2.

Claudius, & Maximus Fratres, & Prępedigna Claudij vxor, Alexander, & Cutia filij mart. Oſtię ſub Diocl. & Iulio Iudice.

¶ Acta S. Suſannæ.

11. *Auguſt. Dominica.*

Suſanna virg. & mart. Romę ſub Diocletiano.

¶ Acta propria ſupra relata.

ANNO 296.

19. *Febr. Fer.* 4.

Gabinius Presb. Suſannę pater mart. Romæ ſub Diocl.

¶ Mart. Rom. & alia Petr. de Nat. lib. 3. cap. 136.

22. *Aprilis Fer.* 4.

Caius Papa mart. Romæ ſub Diocl.

¶ Mart. Rom. & alia Petr. de Nat. lib. 4. cap. 74.

FINIS.

INDEX MATERIARVM.

A

ACcuſator ſuccũbens, infamis pag. 43

Accuſatori incũbit onus probãdi 43

Acta S.Suſannæ 72

Acta s. Sebaſtiani, in quibus multa de Caio 59

Auditor comitis rei priuatæ quis 80

Aduocati Cõſiſtoriales defenſorum Eccleſiæ loco 66

Anulus S. Caij 96

Arſitius manifeſtat Maximi cõuerſionem Diocletiano 82

B

BAſternæ quid 76

Benedictio aquæ baptiſmalis 76

Benedictio lactis,& mellis 78

C

COemeterium ad Nymphas 83

Cœmeterium Alexandri 83

Caius qualis 3

Caij nomine plures martyres appellati 96

Caij electio. Patria. Genus. Nobilitas. 55

Caij Epiſtolæ auctoritas 93

Caius quantum ſederit. Quo tempore 56

Caij & ſociorum oratio. Miracula. 8

Caius alloquitur Maximum 28

Caius mittit in Galliam S.Maximum Epiſcopum Biſont. S.Prothum, & Ianuarium in Sardiniam 58

Caius pergit ad Gabinium 27

Caius cum ſuis degit in palatio Dioclet. 7

Caius inſtruit Præpedignam, & filios eius.Benedicit aquã. Baptizat Claudiũ,&alios 22

Caius duas conſecrauit Eccleſias 86

Caius ſacrificium offert pro commemoratione S. Suſannę 40

Caius regiones Vrbis diuiſit. Quantum latuerit 57

Caij ſermo ad Claudium 18

Catho-

Catholicum dogma de vera incarnatione Verbi 44
Ceſpes quid 61
Ceſpitiæ aræ ibid.
Chriſtiani non appellantur, qui negant incarnationem verbi pag. 44
Clariſſimi titulus omnibus antiquior 64
Clariſſimi qui dicuntur ibid.
Claudius Gabinij conſobrinus ad eum mittitur 11 Secundò ad Gabinium mittitur 15. Nomine Diocletiani diuulgat Pontifici Suſannæ nuptias 16. Oratione s. Suſannæ vnà cū filijs conuertitur 18
Claudius catechumenus 21
Claudius inſtituitur à Caio 19
Claudius erogat facultates in pauperes 23
Claudius an Præfectus Vrbis pag. 79
Chomos ciuitas 80
Chromatij villa Chriſtianorū latebra 4
Chromatius vir illuſtriſs. 60. Præfectus Vrbi. ibid.
Clerici non poſſunt accuſari apud laicos 42
Comes rei priuatæ quis eſſet pag. 79
Contentio pia ss. Polycarpi, & & Sebaſtiani 4
Confeſſionis, & Martyrij differentia 5
Corpus S. Alexādri in ciuitate Figlina 40
Corpus S. Caij vbi repoſitum pag. 96
Chryſanti, & Dariæ mentio cur hoc loco 85
Cruce ſigni vſus apud antiquos Chriſtianos frequens pag. 81
Cubatio in cinere ante Baptiſmum. 72

D

Decretum Caij de Ordinatione Epiſcoporum pag. 57
Decretum de accuſatione Epiſcoporum 90
Decreta de accuſatoribus 90
Decreta pro expoliatorum reſtitutione 43
Defenſores ciuitatum 66
Defenſores Eccleſiæ 65
Defenſorum Eccleſiæ qualitates, munera 66
Defenſores Milites, qui ſint 66
Defenſor idem quod Exorciſta 67
Defenſor, nomē proprium viri 67
Dieta propriè eſt recta ratio victus. Dieta impropriè eſt conſultatio de Imperij recta adminiſtratione 71. 72
Diocletiani origo 57
Diocletianus quęrit Suſannam tradere Maximiano Galerio vxorem 11
Diocletianus petit Suſannam Maximiano vxorem 16

Dio-

Diocletianus alteratur eum Serena 37
Diuinitatis, & Humanitatis Chriſti veritatem ex operũ ipſius diuerſitate demonſtrari 46
Dogma Incarnationis ab Apoſtolis,& ſucceſſ. comprobatum 52

E

ECcleſia s.Caij, & ss. Gabinij, & Suſannæ 86
Eccleſia s. Caij Florentiæ 59
Eccleſia s. Suſannæ reſtauratur à Xyſto iv. 87
Eccleſiæ ss.Caij & Gabinij, & Suſannæ titulares 86
Epiſcopatus gradatim ſumitur poſt alios Ordines Eccleſiaſticos 53
Epiſtolæ Caij auctoritas 93
Ethnici Imperatores cur ſanctiſsimi appellati 73
Exaltationem Chriſti ad eius humanitatem pertinere 49
Exaltatio Chriſti per mortem crucis 49
Extorres qui dicti 62

F

FElicis diligentia in perquirenda Sedis Apoſtolicæ ſententia in ambiguis 41
Figlina ciuitas 84
Ficulenſe ſuburbanum 85
Ficulenſis via ibid.

G

GAbinij patris s. Suſannæ doctrina. Progenies. Virtutes 10
Gabinius, & Caius orãt 26.28
Gentiles aliquando appellati Sancti Patres 73
Geſta ampliſsima quid 82

H

vide nomina propria

HÆretici, & Pagani non poſſunt accuſare Chriſtianos 42
Hæreſis Pauli Samoſateni 91 et aliorum

I

ILluſtres, qui dicerentur, & Illuſtriſsimi 63
Imperialia dicebãtur ſacra, & diuina 61
Imperatores cur ſanctiſsimi appellati 73
Imperatoris tituli 61
Incarnationis neceſsitas. Incarnationem firmiſsimè aſſerendam 51
Incarnationẽ verbi qui negat, relinquit ſpem ſalutis 45
Inuentio corporis s. Caii 97
Iouis ſimulacrum diſperditur pag. 38
Ieiunandi conſuetudo ante baptiſ. 79

i La-

L

LActis, & mellis exhibitio poſt bapt. 77
Locus dictus ad Nymphas pag. 84

M

MAcedonius nititur compellere Suſannam ad ſacrificandum 38
Magiſtratuum tituli diuerſi 63
Mamurius quis 88
Marcellinus electus Pōtifex 59
Margus locus mortis Carini pag. 60
Martyres qui ſint; qui confeſſores 61
Martyrium S. Gabinij 58
Martyrium S. Caij 58
Martyrium Claudij, & aliorū pag. 34
Martyrium ss. Prothi, & Ianuarij 59
Maximus Epiſcopus ſecundus Veſont. à Caio ad eam Vrbem miſſus
Maximus Miles Fratrem Claudium perquirit. Reperit pœnitentiam agentem 24
Maximus monetur à Caio 29
Maximus ducitur à Claudio ad Gabinium. Orant. Aduocatur Suſanna 26
Maximus conuertitur. Indicitur ei ieiunium. Erogat Facultates 30
Maximus baptizatur à Caio pag. 31
Maximus donat facultates pauperibus 32
Maximianus pergit ad Suſannam 36
Maximianus Galerius quis 72
Medicina Catechumenorum pag. 74
Monumenta antiqua decretorum qua cautione excipienda ab Eccleſia Rom. 44
Munera defenſorum 67

N

NEgantes Humanitatem Chriſti non poſſe aſsignari rationem operum ipſius 47
Nummi æreiI reperti in ſepulcro S. Caij 97
Ad Nymphas loca in Vrbe 84

O

ORatione Dominica, & Symbolo Tiburtius ſanat ex alto lapſum 9
Ordinatio Epiſcoporum 53

P

PAgani vnde dicantur 89
Perfectiſsimi tit. qui vocantur 64
Perſecutio Eccleſiæ ſub Numeriano, Carino, Diocletiano

tiano 64
Perſecutio Maximiani in Chriſtianos 60
Perſecutio ſub Diocletiano 4
Petr. Franc. de Rubeis Aduocatorum Conſiſtorialium Decani tractatus de defenſ. Eccl. nondum editus 66
Pontifex Romanus appellatur Sanctus 73
Pontifex Romanus Epiſcopus Epiſcoporum 6. 62
Præpedigna vxor Claudij conuertitur. Pergit ad Caium, Baptizatur 21
Primiſcrinij qui 65

Q

QVæſtiones difficiles ad ſedem Apoſt. eſſe deferēdas 53

R

REconciliatio cum Deo nō eſt ſine incarnatione Verbi 44
Redemptionem peractam per Incarnationem 50
Regio ſexta Vrbis quæ 88
Rheuma quid 81
Reliquiæ S. Caij pluribus locis eſſe dicuntur 96
Reſcripta imperialia 61

S

SAlus ex ſolo Chriſto dependet 45
Salutem ex ſanguine Chriſti profectam, 48
Scriniarij qui eſſent 64
Scrutinium ante baptiſmum. Eius neceſsitas, & antiquitas 63
S. Sebaſtianus an tempore martyrij iuuenis eſſet 64. Quomodo defenſor Eccleſiæ 7 & 67
S. Sebaſtianus poſt eius mortē defenſor 68
S. Sebaſtianus fidelium defunctorum defenſor 68
Senatores dicuntur clariſſimi pag. 64
Sepulcrum s. Caij 59
Serena Auguſta 82
Spectabiles qui dicerentur 64
Statio in Eccleſia S. Suſannæ In Eccleſia s. Caij. 40. 86
Status Eccleſiæ ſub Caio 3
s. Suſanna reſpuit nuptias 13 Monetur à Gabinio, & Caio ad perſeuerandum 14. Ducitur ad Serenam 35. reducitur in propriam domum. Traditur Maximiano 36 Defenditur ab Angelo 37 Verberatur. Necatur. Eius ſanguis colligitur, & veneratur pag. 39
s. Suſannæ corpus in cœmeterio s. Alexandri 40

Sub-

Subdiaconi, & Clerici à quo Romæ ordinarentur. 70

T

TRanquillinus Sacerdos, & duo filij Diaconi à Caio creantur 7
Tiburtij memoria in actis ſanctę Suſannę cur habeatur 85
Tiburtij miraculo multi baptizantur 10
Tiburtius ſanat ex alto lapsũ, & fractum 8
Traſon ſcriptor actorum martyrum 80

V

VAcatio ſedis poſt mortẽ Caij 59
Via Ficulenſis, vel Ficulnenſis, vel Figulnenſis pag. 84
Via Nomentana ibid.
Vrbes magnas eſſe diuidendas in Regiones 53

Z

ZEta, zetecula, & zotheca quid 71. 72
Zetarij qui
Zeta locus Athenis ibid.
Zeta nomen viri ibid.

ERRATA.

Pag.	Verſ.	Errata.	Correctio.
4	17	&	eo
8	vlt.	permitte	permittite.
19	3	tenebatur	tenebantur
19	5	perduceretur	perducerentur
48	25	æqualiter	æqualem
64	16	*poſt verba* ex his verbis	*adde* vel malè aliquando diſtinctis
66	1	habetur	habet
77	6	*poſt verba* eiuſmodi ſunt	*adde* Primo
81	24	χῶμω	à Κώμου
85	4	Ficulnenſis	Ficulenſis



A01 1469817

BIBLI
Vitt
XL